








Aegidius Tusculanus cardinalis et sedis apostolicae legatus possessiones monasterii tyniecensis confirmat.

I

Wadowice
Tyniec
Oświęcim
Sucha
Zator

D...
cracoviensi Radosw, ...
et foris et tabernis et macellis et quod polonico more
pomozne dicitur, (sive omnem censum quali vel quocunque

... Tusculanus cardinalis et sedis
... legatus possessiones monasterii
...iecensis confirmat.

(1125.)

...omine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Omnes
...s Christianos qui Dei et proximi dilectionem habe=
...noscuntur, sanctam ac venerabilem Christi ecclesi=
...m fideli reverentia condecet augere, et monasteriorum
quieti summa cum devotione tam in temporalibus quam
in spiritualibus providere: ne religiosorum virorum quies
aliqua interveniente controversia disturbata, aeternae dul=
cedinis suavitatem degustare et sanctae devotioni, prout
saluti eorum expedit, insistere nequeant: Quapropter ego
Egidius Tusculanus episcopus Sanctae Romanae Ecclesiae (Cardi=
nalis) et Domini Calixti Papae per Ungariam et Poloniam Lega=
tus, sanctae Tinciensi ecclesiae, consentiente gloriosissimo
Polonorum duce Boleslao et filio Vladislao, et episcopo
Cracoviensi Radosto, quicquid eadem ecclesia in praediis
et foris et tabernis et macellis et quod polonico more
pomożne dicitur, (sive omnem censum quali vel quocunque

UWAGI
Przedmiot
Rodzaj roboty
Rysownik
Rytownik
Rok i miejsce wydania
Kształt i wielkość
NAPIS
Kształt wielkość

modo vulgariter nuncupetur), et duodecim marcas argenti pro occiso homine solvendas, si inter homines ecclesiae (Tinecensis), quod absit, evenerit: quae omnia (eidem ecclesiae) a (Vladislao) [Boleslao] rege et Juditha regina concessa esse, [eidem ecclesiae] praefatus dux testabatur et a se et ab omnibus avis [et] (proavisque) suis reverenter custodita [testabatur] (apostolica authoritate, ~~et~~ decretali concessione firmamus, quicquid habet et tenet, vel futuro tempore juste acquisierit. Id est [Tinecensem] villam cum transitu navali et una taberna, secunda[m] ultra fluvium, cum voto ducis duodecim marcarum argenti et tribus poledris singulis annis et omnibus ministeriis [tris] ~~[illegible]~~ curiae regis competentibus, cum omni castellatura, ab omnium impedimento defensis, tam pistoribus, lagenariis, quam cocis et camerariis, piscatoribus et pecorariis et omni (constantia) consistentia (munivit) munitis; villam (dimtki) Dantki (cum (aliam) adscripticiis); villam (Czaszow) Kaszow (cum adscripticiis); (aliam) villam (Sylow) Cysow (cum smardonibus), sub una circuitione Woyconow cum piscatoribus (Slinet) Ninec, Pruuit artifex lagenarum et doliorum; (Prutnit) Praznik) cum una taberna cujus haeredes Mars et Ratey tres scotos solventes. quae villae ab omni sunt pensione ducis immunes; duo macella in (Krakow) Cracouia; in (Sydina) Sedina quatuor surouice et duae tabernae et zamar (et) de unaquaque sartagine et dedina; (Chorowice) Horowice villa, (Radyszow) Radessow (villa) cum mellificio et venatione; in (Prytom) Bitom targowe ~~[illegible]~~ duae tabernae; ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

in (Senor) Sewor novum targowe, una taberna, unum macellum;

Anno 993–1025

Cysow
Ninec
Praznyk
Ratey

Chorowice
Radessow
targowe

Sewor novum

(Steklez)
Steklez, Gruszow; ad Magnum salem quatuor tzargove et quatuor tzabernae et petina et qualibet septimana tres alveos et quartum (Seredne) sredne, et septem pro lignis; (Labsticia) Labszicia et cum (Colanow) Kojanow et sale et servo (Zului) Zulits et fratribus ejus. Regina Juditha contulit (ecclesiae) (Thinciensi) Tinec ecclesiae (Knegnizy) Kiegnizie cum tabernia et servis (Zocol) Sokol et filiis ejus Nedamir, et Milui (Milai), (Zgliza) Zyliza. In Dolany camerarii Moris, Tuor, Petrus cognominatus Zrobadlo, Damian in littore Vislae; camerarii in Kargow, (Zulet) Sulek pistor; in Powozow Zyra cum fratribus; Tuchow haeredes (medeweth) (Medwed), (Rseck) Rzech, Mych, Wojan; Zdanouicze villa Pozrogis, Miley, Brestrik, Paleta; Vnochowicze villa Vnoch, Graza, Carbella, (Chorella) Zbor; Bezdechouice villa Vnik, Gozenta; Zuepetnice villa Nenomysl; Chrochoni-ci villa Groch, Warga, Zuloth, Mlodos, Wisetrop; Sieb-(Sebma) nia villa Graza Grnewan; Dobrzyn (Dobryn) villa Renesa, Mlota, Dobrozta; Smilno villa Srokina, Negrod; Powozow villa Negriz, Wewoz, Rodesa; Cecouici villa Gnewan et Granzonis, Malchina, Vnemysl, Zdujo; Sharnow; Pilzno; Myslowicze Zolebuda, Neroda, Nedosa, Repoch; Lube; (Ukoliti) Okolice; Fabrix in Dunaiecz dominae Judithae homines Radesa, Nemoy, Zduta, Radek; Vnerick villa Zdunir, Drogota (Zglez) (Zydes) Lesteka, Tesseta (Vzizul) Uruzel; Zobalice villa Miley, Ztron, Bosa; (Clecëti) Klececy villa Stroy, Luona, Krasika, Vnes, Krasek, Negan, Zglon; Brestek villa Banz, Rados. Hi omnes homines cum villis in (Kzegnicy) Kneznic pertinentes ecclesiae Tinec (Thinciensi).

Stecleth Grussow
Chargove
pecine
Labsicia
Cojanow
Knegnyc
(Milai)
(circa 1086)
(Rz III № 2)
Zrobadlo
Zira Tukow
Rsech Mych
Pozropis
Crothonici
Croth
Doborin
mlotha
Negnz
Grewoni
Granzonis
Mislowici
Zdimir
Vsezul
Branz
Knegnych

(tributum et strozam cum pomochne solvunt,) curiam
sepiunt dominorum suorum cum plantis in longitudine
octo ulnarum, duas domos quolibet anno faciunt quatuor
decim ulnarum; quilibet ipsorum quinque capetia me=
tere et ad horreum deducere, et quilibet quinque currus
feni falcare et adducere singulis annis tenetur, currus
in Thineciam ducere quotiescunque opus fuerit, decimas
triturare et ad claustrum deducere quolibet anno tenen=
tur, quatuor diebus omni anno arare et erpicare ubi
vicinior curia fuerit; item de qualibet curia quolibet an=
no una urna mellis et quatuor asperioli monasterio supradic=
to cedent de ipsis hominibus. Et siquis ipsorum in furto
deprehensus fuerit, tres urnas mellis pro poena solvet; si
in poena sex marcarum manserit, urnam mellis solvet.
Statio prima abbati apud ipsos, secunda praeposito, ter=
tia tribuno, quarta tributario; Item (strosam pomocne solvant domui Thinicensi et) quisquid eisdem prae= (aliud)
cipitur laborant. Opatowiec (wiz) quod rex Boleslaus cum
foro et taberna et transitu navali et voto duodecim mar=
carum singulis annis et duabus tabernis in Vislica eccle=
siae Thinecensi contulit, cum hominibus Rak, Chrost,
Branto, Duran. Harum villarum decimas et omnium
quae a religiosis viris collatae sunt rogatu ducis Bo=
leslai Radostus episcopus eidem ecclesiae contulit. Thi=
nicense vero coenobium (monasterium) omni modo liberum esse aposto=
lica authoritate decernimus, salvo tamen honore et
reverentia cracoviensis ecclesiae ac domini Radosti suo=

tylko w szczegolnym

[Opatowiec
Exc. a. 1125
Boleslaus Krzywousty
Rz. III No. 3
a. 1125

Branco

rumque successorum: scilicet ut nullus dux, episcopus, marchio, comes, vicecomes, nulla persona magna vel parva ecclesiam Tinecensem molestare, (vel) de praediis et decimis ecclesiae aliquid subtrahere praesumat. Quisquis autem hujus nostrae paginae (violator extiterit,) vel de ecclesiae rebus aliquo conamine quidpiam auferre voluerit, a liminibus (sanctae) ecclesiae et omnium (Christianorum fidelium) consortio separatus, ac vivifico corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi segregatus, iram omnipotentis Dei et maledictionem Sanctorum omnium incurrat et sit anathema, maranatha, et cum Juda traditore in die Judicii portionem accipiat. Qui (vero) custodierit et Dei ecclesiam non molestaverit, benedictio quam promisit Deus diligentibus se in eum descendat, et cum fidelibus omnibus vitam aeternam possideat. Amen. Acta sunt haec Anno Incarnationis Domini MCV (Millesimo Centesimo Quinto), Indictione XIII, Epacta III sub Boleslao duce in civitate Cracouiensi, annuente ipso duce et episcopo Radosto, coram his testibus Scarbimiro, Woyslao, Posligo, Andrea Suek (Zulet) cum filio Martino, Brandota, Dungos (Dingor). Duagor

m° C° V°

Litterae

(spuriae) erectionis ecclesiae parochialis in villa Marci-Poremba atque dotationis ejusdem per Marcum Porębski.

Zachene, d. 21 Septembris, 1176a.

Ad officium et acta praesentia castrensia capitanealia Oswiecimensia personaliter veniens nobilis Jacobus Czechowski nomine reverendi Joannis Francisci Krzeczkowski plebani in Marci Poremba eidem officio praesenti obtulit et ad acticandum in acta officii praesentis castrensis capitanealis Oswiecimensis porrexit literas pergameneas infrascriptorum ratione datas cum sigillis duobus cereis appensis modo infrascripto emanatas, petens easdem literas a se offerente ad acta praesentia castrensia capitanealia oswiecimensia suscipi ac inscribere demandari. Quas literas officium hocce praesens ad affectationem ejusdem offerentis ad acta nemine juxta praescriptum juris denegante suscepit, actisque suis praesentibus connotari admisit; quarum literarum tenor de verbo ad verbum sequitur ejusmodi:

Marek Porubski z domu Radwan Hrabie na Teszku naywyszi Radce Kserycho Ratyborskicho, Opolskicho Teszynskicho Oswiecimskicho i Zatorskicho

przyzwawsze k sobie uczennych Juryka Rektora a na Dankowicach Sude zemskie Albrychta Koren na Wlogat=kowicach Zymela Pelki na Pielczewicach Julisława Bie=rutka a na Carlicach Krystyna Koracza na Frydrycho=wicach Albrychta Leliwa na Bogucicach Fryderyka Bi=berstyna na Panielcach Swycow na swiadomie na zamek Zatorski pamietaje na zenowenie blogoslawienstwy pana Marczyna Radwan oyca meho ktery iuz spisane rzeczy mne i herbom moim iest poruczyt a pozostawit a prze=tez ieho zdy dosyt czyniti pamety budu kostel i dom bozy w dedyczne moiey wsy prawo osadzoney Porubie rzeczoney erigowalsem y zbudowalsem, ktoromu to kos=telowi takze zneczy tehozto oyca meho magi uczynie dochodity a to te su tak z gruntu a role własne me ktorychem od hruntu (folwarku) meho odjat ale se isto przylechlo nad tym to kostelem Porubskem podle czestu ktora se wedze do Kopytowki od tehoto koste=la a wedle folwarku meho a to maji byty zahonow szesdesat a tak kazdy zahon nebo dorol maji mjety sedm skib toz te podlug ma ist od kostela Porubskeho tudy i do wsy samy Kopytowki a podle toho gruntu take kostelowi darowaneho y nalezyte=ho aby tez to na rektora szkoly neb to zaka k temu to kostelowi do wysluzenia a taki spiewani tam pos=tanoweneho hrunt poddanich Simona Simeczko ktereho z teho to hruntu sem zniest a do Brzeznicy preniest, to tez wieczne przypisatsem y darowat, a teho to hrun=

6

tu na zaka neb na rektora Szerche byty magi na za=
honow neb do zawrotow peczdesat, a take dluho jako
maji phararska, jako tho se maji rozumec, y od hruntu
Porubskeho ku strone wsi Brzeznice. To tez pod tymi
rudlami a blisko tohoto domu bożeho u boku przyle=
żyty Karczma y z tym to Karczmarzym aneb ieho
hospodarem to tez y zahrodu do nawsie i rybnika
takie iak pierwey gruntu daią y na wieki przyczynią,
ktoreho nazywagi Mikolay Sprecza ten to Sprecz
neb potomkowe nasze powinno iake maji a powinno
piwo take i horylku od pana fararza tehoto Kostela
braty i pro ieho pozytku szynkowaty a ia y na po=
tomne wszystey herbowie z Poruby tey to spadnily nie
mage w tem to prepedjmacz a za taki praepediment(?)
sobie uczynity, ktemu to na druhey strone Kostela
sedlika a wszeckim jeho obecnem domem i rolą ta=
ke teraz są dluhie a szeroke zahonow padesat a
dluhe do granic Lgoty rzeczonej [illegible] Mihalasz
Wonpalsz[a] take i druheho nawsi Kopytowka ktory
ie nayperwszy od granice Porubski menowaneho Mi=
chalsza a to tez poddani obidwa nalezyty maju panu
farażowi podlug potrzeby także tez y zakowi robity
y dyedyczy neb herbowe żadneho sobie przywileju ja=
ko dedyczy do teho to ne zachowuie neb cale odstu=
puje. To tez rybnik pid zahrodu Karczemnu pod Kos=
telem y w Koncu ieho w nawsia do teho to Kostela

weczne a dedicznie so wszymy pożytkami dagi, darigi.
A to też pan fararz mage miety na swu własnu potre=
bu ze z lasow aneb wszystkich gaiow do Poruby to też
Stanisławie przynależytych drzewo wszechne tak to na
opatrenie a naprawu domu bożeho i wszeckich hatups do
tehoto oddanych, a tak też do paleni horytki i wareni
piwa na nynie maji i weczne bude zażywaty, rubity y
na takowe rzeczy obracaty. A nema pan fararz aneb
tho nastupcy take drewo predawaty, a k temu żaden
przatel i przyrożeny aneb herbowe ne mage se prety=
wity i to aby bydło a wszech iako wele byty może wy=
ganiaty i pasty, a k temu to narzadzeni domu bożeho
żeby the posedniczy a derzucy neb herbowe geich dziesa=
tynu w snopich do teho to kostela abo też ieho pana
fararza zewszedy a weczne oddawaty y maji oddacz
aby tam kudu orany budu teraz i na potomnosi po sedla=
kach wszelkich takeż i każdeho poddaneho ktoby tyl=
ko mogł płuchem zaoraty by też folwerkach moich u=
czynito wsiech Poruba, Brzeznicy, Wioska, Kopytowka,
Benczyn, Wysoka, Nawies neb to Babica pre też to
z błyskech wsiow takowe deseciny y herbowie ma po
folwerkach sedlacy neb wszytcy poddane ze swich
rol panu fararzowi do jeho humna odwesiti magi
i powinni, z dalszych po wytyczyni magi iako y powin=
ni poddani zwoziti do domu każdeho, a sam pan y

dzierżawa na ten to raz buducy połowu, druhu połowu
poddani wymłotyć podle czasu swoieho, a to pred Wiel=
konocu — a magi y powinni wszechno panu fararzowi
do domu odwozity y oddaty magi od wszeckich rolnich
iako bywati y magi byty tak to małe iakeż wielke
pan fararz z tych to wszeckich gruntow magi byti ni=
my to sie magi rozumiety o dziesiecine z swoiemi na=
stepcy i jako i herbowe aneb to tych maie mieti na
sebie bierymy i placic magi y powinni bude. A pan
fararz tehoto kostela pastor mage a powinen bude a
takeż ieho nastupcy ofieru swatśi msze każdey nede=
li a swiato znaczne podlug należyteho sposobu od=
prawity, spiewaty a słowo boże prepowidaty. K temu
magi byty pomocen aneb żak a do teho w Wysoky do
kapelki błogosławionej Maryi Magdaleny przy ubo=
gich szpitalu pomienioneho pana oycza meho funda=
cyi każdy piatek offiaru swatu czytanu odprawo=
waty, a to też ubohim w spitalu tymto dysponowani
maje byty obligerowany zostaji. Preto na swiadome na=
szey istotu pieczetu nasze k temu to listu gsau za=
wieszone a przydawny jsau. Dan w Zachene dnia
XXI Septembra Lata Pana MCLXXVI. W przytomnos=
ci osob na gorze psanych y ginnych mnoho dobrych ludi
ksedza Klemensa fararza zatorskeho pisarza naszeho
. . . . jako gsucz then to list pisał aneb od nas wszy.

poruczyniły. –

Quarum quidem litterarum suprascriptarum origi=
nale isdem offerens ab officio praesenti recepit. Ac=
tum in castro Oswiecimensi feria sexta post festum
solenne Sacri Pentecosten die prima, Anno Domini
Millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio – Corre=
xit Kruszyński (L. S.) in cujus obductione leguntur
verba: Joannes Adamus de Lubowica in Wieruszyce
Lubowiecki capitaneus oswietimensis. –

(Wyjęte z rękopisu in fol. znajdującego
się przy kościele w Marcyporębie, a
mającego tytuł: „Fundacye, legaty,
„zapisy etc. Kościoła farnego w Mar=
„cy-Porębie spisane przez X. Micha=
„ła Kamelskiego plebana Kleckiego
„w Marcy-Porębie kuratora, pisarza
„dekanatu zatorskiego r. 1753.")

Confirmatio

(spuria) Gedeonis episcopi cracoviensis, erectionis atque dotationis ecclesiae parochialis in villa Marci Poremba.

Cracoviae a. 1176. d. 5 Decembris.

9

In nomine domini. Amen. Ad perpetuam rei memo=
riam Eo modo divina ope ad munus pastorale vocati
sumus, quatenus in promovendo cultu divino augen=
disque piis operibus in quantam posse nostram et
gratia divina existit diligentem exhiberemus curam_
Quoniam autem nobis personaliter comparuit claris=
sime natus ac nobilis dominus Marcus Porembski
de domo Radwan comes in Thoszek, supremus direc=
tor ducatuum Ratiboriensis, Opoliensis, Thessinensis,
Osuecimensis et Zathoriensis, haeres in Poremba
et Brzeznica, Wioska, Kopytowka, Benczyn, Stanis=
law, Babica seu Alter Weile habensque litteras
pergameneas in manu ratione fundationis certae in=
frascriptae ad ecclesiam parochialem in Poremba si=
tam Assumptionis in coelum, Beatissimae Virginis
Mariae, Sancti Martini episcopi et confessoris et

Marci evangelistae vigore voluntatis parentis sui clarissi=
mi fundatam et erectam, petiit easdem in omnibus earum
punctis, clausulis, articulis et tenore verborum a Nobis
confirmari, approbari, ratificari, jurisdictioni et immu=
nitati ecclesiasticae perpetuo incorporari, ac demum
eadem omnia ad dispositionem Nostram pro libitu Nos=
tro ordinationi tradidit et remisit. – Nos itaque Gedeon
dei et apostolicae sedis gratia episcopus cracoviensis
officio nostro pastorali in tali passu deesse nolentes
imo piam intentionem suprascripti domini Marci vo=
luntatem domini parentis sui exequi cupientis ad
debitum effectum deducere volentes visis iisdem lit=
teris conditionibus ad pia opera expressis, quae uti
liberae recognitae nullius trahunt post se nocumen=
tum et damnum, diligenter cum consiliariis fratribus
Nobis dilectis trutinatis eadem omnia satis benigne
acceptavimus conditionesque ejusdem fundationis vi=
delicet quatenus praedicta ecclesia sic ut praemis=
sum est erecta et fundata juxta intentionem tam
sui moderni exhibitoris, qui sui parentis fundum seu
agrum certum ab agris praedialibus suis ademptum
ecclesiaeque adjacens penes viam quae dicta ecclesia
in Loremba erecta et fundata ad villam Kopytówka

longitudine praetenditur latitudine vero sulcorum se=
xaginta glebis septem aratro factis extantibus, et ali=
um agrum et fundum proxime circumscripto adjacen=
tem pro rectore scholae ibidem ex quo fundo subditum
suum Simonem Szymeczko sustulit ac in alium lo=
cum villae Brzeznica transtulit et in vim recom=
pensae collocavit, qui quidem pro rectore fundatus
ager latitudinis sulcorum quinquaginta, longitudi=
nis ita prout vero ager ecclesiasticus sese extendit,
tum etiam tabernam sub iisdem agris ecclesiae prae=
fatae a latere contiguam cum tabernatore ipsius hor=
tulania ad villagium et stagnum alias do Nawsia
i Rybnika prout antea extiterat, dedit et perpe=
tuo incorporavit cujus tabernae et ejus fundi pro=
tunc Nicolaus Spierz tabernator ejusque successo=
res et bonorum possesores in futurum perpetuo
et in aevum ad propinationem cerevisiae et cremati
ecclesiae ejusdem sic ut praefertur erectae et fun=
datae rectoris et pastoris sui cum successoribus
adstrictus erit et ex nunc strictus est, quod praepe=
dire idem dominus exhibitor suique succedanei
non tenebuntur. In altera parte dictae ecclesiae
modo suprascripto erectae et fundatae cmetonem

et subditum certum dictum Nicolaum Wanposz cum omnibus fundis prout tenuit et attinentur domo a=groque latitudinis sulcorum quinquaginta longitudi=nis ad limites villae Lgota tum et alium subditum in villa Kopytówka nominatum Michałko priorem a limite Porembska itidem cum omnibus pertinentiis qui subditi honorabili parocho et rectori dictae ec=clesiae sic ut praemissum est fundatae et erectae perpetuo pertinere eidemque labores pro jussu et necessitate atque etiam rectoris scholae praestare tenebuntur sine contradictione sui et successorum, atque etiam piscinam sub hortulanio praefati taber=natoris eidem ecclesiae adjacentem in villagio w Nawsiu eviterne donavit, in sylvis vero ejusdem villae Poremba et Stanisław liberam incisionem omnium lignorum et arborum pro et reparamentis ecclesiae gazarumque ad eandem ecclesiam fundata=rum et perpetuo additarum, tum etiam pro crema=tione cerevisiae et cremati in taberna sua ita ut praemissum est donatu suis cum posteris inscribit ea imposita conditione, quatenus idem parochus et succedanei sylvas non devastent extraque proprium uti dictum est usum divendere nemini poterit. Pas=cua in pratis, campis ibidem pecoribus omnibus quae=

cunque ecclesiae praefatae rector pro tempore habere po=
terit per praefatum fundatorem ejusque successores perpe=
tuo concedere. Decima vero quae post villas inferius speci=
ficatas videlicet Loremba, Brzeznica, Wioska, Kopytówka,
Benczyn, Wysoka et Babica juxta eandem piam intentio=
nem et fundationem tam sui exhibitoris quam etiam dig=
nae memoriae olim memorati parentis sui ecclesiae prae=
dictae modo praemisso fundatae et erectae omnino extra=
denda debetur. Ex proximioribus videlicet villis statim
post exdecimationem ad horreum plebanale congregare et
advehere tenebuntur, ex remotioribus vero villis ad
praedium quodlibet ubi dominus possesor pro tunc
existens tempore competenti videlicet ante festum Sancti
Paschatis medium, alterum vero medium subditi pro
tunc existentes extrituare et parocho omnia nihil
sibi reliquendo reddere tenebuntur. Respectu vero
bonorum omnium et fundorum praedictorum ecclesiae
modo praemisso extructae et fundatae donatorum et per
adscriptorum honestus parochus ejusdem ecclesiae
suique succedanei immunis omnium et liber esse debet,
quae onera omnia et singula privata et publica do=
minus fundator in se et suos successores assumit,
ita ut dicta bona ecclesiae annexa essent perpetuo
libera. Intuitu quorum omnium et singulorum ho=
nestus parochus suique succedanei juxta volunta=
tem fundatoris onera infrascripta subeat et absolvat

quae sunt specificata: sacrosanctum missae sacrificium quolibet die dominico et festo decantare, verbum Dei praedicare, sacramenta omnia et singula in praedictis villis totis et integris parochianis administrare; decantationi autem missarum rector scholae adesse et cantare tempore tenebitur et tenebuntur; ad haec autem in capella Beatae Mariae Magdalenae in villa Wysoka penes quam capellam hospitale pro duodecem mulieribus pauperibus in senio confectum et erectum per dominum parentem exhibitoris semel in qualibet hebdomada praesertim vero feria sexta missam lectam absolvere regimenque et dispositionem praefato hospitali peragere debet et praesentibus obligatur; quibus quidem literis et eorum contestare praemissis Nos debite visis lectis et intellectis supra scripta omnia et singula in toto et in parte approbandas esse et confirmandas duximus prout quidem approbamus et confirmamus et libertati atque immunitati ecclesiasticae perpetuo adscribimus praefato rectori ecclesiae videlicet honesto Martino de Cracovia actu praesbytero ad praesens Nobis per praefatum clarissime natum ac nobilem dominum exhibitorem personaliter praesentato et per Nos constituto ejusque succedaneis dictae ecclesiae rectoribus quatenus praemissa onera omnia et singula absolvat praecipimus et conscientiam oneramus. Insuper ordinamus

et statuimus ut praefatus rector ejusdem ecclesiae in Poremba suique succedanei ex villa tota Stanisław nihil sibi proventuum, excepta columbatione, usurpare tenebitur quandoquidem ex eadem tota villa pensio annua videlicet quinquaginta corethi siliginis et totidem avenae quotannis ad hospitale pauperum in Wysoka solvitur, et cultura agri hujusce hospitalis per subditos Stanisław ejusdem itidem quotannis peragitur. In villis Tłuczan et Kosowa sacramenta omnia administrare tenebitur ex quibus etiam decimam manipularem et proventus ecclesiasticus tenebitur. In fidem autem praemissorum sigilla nostra et fundatoris sunt appensa. Actum et datum Cracoviae die quinta mensis Decembris, Anno Domini Millesimo centesimo septuagesimo sexto, praesentibus: Julislao, Vicentio, Venerio, Bartholomeo canonicis et aliis quam plurimis fide dignis ad id specialiter vocatis et me Simone Joanne horum actorum notario.

(Z kopii urzędowej d. 30 Lipca r. 1787 w urzędzie obwodowym myślenickim spisanej.)

Bulla

qua Honorius III papa monasterium tynieçense in protectionem sedis apostolicae suscipit.

Viterbii 1220 die 11 Maji.

Honorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati et conventui monasterii de Tincia salu=
tem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta roma=
na ecclesia devotos et humiles filios ex assuetae pie=
tatis officio propensius diligere consuevit, et ne pra=
vorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam
pia mater suae protectionis munimine confovere. Ea=
propter dilecti in Domino filii, vestris justis postula=
tionibus grato concurrentes assensu, personas et monaste=
rium vestrum de Tincia, cum omnibus bonis quae in
praesenti tempore rationabiliter possidet, aut in futu=
rum justis modis praestante Domino poterit adipis=
ci, sub beati Petri et nostram protectionem suscipi=
mus, specialiter autem praedia et alia bona, tam a
principibus, quam ab aliis Christi fidelibus pia vobis
liberalitate concessa, sicut ea omnia juste et pacifi=
ce possidetis, vobis et per vos, eidem monasterio autho=
ritate apostolica confirmamus et praesentis scripti
patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum

liceat hanc paginam nostrae protectionis et confir=
mationis infringere, vel ei ausu temerario contrai=
re. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indi=
gnationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et
Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum
Viterbii V. Idus Maij, pontificatus nostri anno quar=
to.

Henricus dux Silesiae et Cracoviae villam Grojec monasterio tyniecensi adjudicat.

Cracoviae, 1229, die 27 Januarii.

In nomine sanctae ac individuae Trinitatis. Nemo prudens pia majorum facta dissolvit vel impugnat: omnibus enim quae a majoribus pie sunt collata et confirmata, pia debetur a successoribus reverentia. Hac ratione per sancti Spiritus gratiam inductus ego Henricus dux Zlesiae et Cracouiae devotam ac laudabilem patruorum meorum principum inclitorum Mesiconis et Lestconis largitionem qua monasterio apostolorum principis sancti Petri honore constructa Tyncia vocato quandam villam dictam Grodez perpetuo contulerunt sicut in eorum privilegiis inde plenius confectis continetur, et innovo et confirmo, scire cupiens nostros successores quam praedictam villam quidam comes nomine Segota sua praesumptione contra justitiam Dei ac dictorum principum privilegia a monasterio jam dicto alienare temptaverat. Nobis igitur in Cracouia civitate personaliter commorantibus post mortem patrui nostri ducis Lestconis anno Millesimo ducentesimo XXVIIII. accedens ad nostram praesen=

tiam dominus abbas Lutfridus in praedictum comitem Segotam suis non modicis quaerelis coram nobis est quaerulatus, et nos Deum solum habentes prae oculis cujus universae viae misericordia et veritas per per ipsum justum judicium fecimus sedendo pro tribunali cum nostris baronibus in monte modico ad ecclesiam sancti Michaelis die dominica sexto Kalendas Februarii quum cum in publicum uterque eorum abbas et Segota protulisset suum privilegium taxantes post diutinum et veracissimum judicium, Segotam cum suo falso privilegio fore calumpniosum; abbatem vero et ejus privilegia justo Dei judicio per omnia justificavimus. Et ne cuiquam vel supradictorum tantorum principum erga religiosos tam venerabilem devotionem vel nostrae innovationis et justi judicii confirmationis robur temere violare liceat: praesentem paginam perpetuis valituram temporibus auctoritatis nostrae sigillo ac legitima testium subscriptione communimus ac roboramus praedictam villam Grodez cum omnibus suis pertinentiis beato apostolorum principi Petro in Tyneciam conferentes perpetuae donationis titulo pro nostrarum animarum et nostrorum seu successorum. Si quis autem haec violare praesumpserit adeo perpetuo sit dampnandus. Amen. Testes autem hii praesentes fuerunt: dux Sobeslaus filius Teobaldi ducis Boemiae, Stephanus palatinus Wratizlauiensis, Mar=

cus palatinus Cracouiensis, Radoslaus judex curiae, Clemens filius Clementis, Magister Andreas frater ejus praepositus sancti Michaelis, dominus Proiectus abbas Zverinensis, Petrus prior ejus, [illegible] dominus Crisanus subcancellarius.

Bulla

qua Gregorius IX papa monasterium tyniecense protectione sedis apostolicae communit, haereditates ipsius immunitatesque confirmat.

Perusii 1229, die 26 Maji.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Luthfrido Abbati monasterii Tyniecensis, fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuam rei memoriam. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringatur. Eapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et monasterium Sancti Petri de Thincia, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostram protectionem suscipimus et praesentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum Deum et Beati Benedicti regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascunque possessiones, quaecunque bona idem monasterium impraesentiarum

juste ac canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, praestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum in quo praefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis et de Rutki, de Kassow, de Chlow, de Woycziechow, de Przdnik, de Chorowice, de Radessow, de Steklecz, de Grussow, de Lapczyca, de Kremnicy, de Podolan, de Cargow, de Louszow, de Tuchow, de Zdanowice, de Vnechowicy, de Bieczdechowicy, de Czepetnicy, de Crochowicy, de Sebna, de Dziborzyn, de Smilno, de Poczolowo, de Cecowicy, de Tarnowo, de Pilczno, de Mislosowicy, de Lube, de Vcolicy, de Dunaiecz, de Vnesicy, de Cobalicy, de Klechti, de Brestek, de Opatowiec, de littore Vislae, camerariorum de Biden, de Lantkowicy, de Byczina, de Grodec, de Smirdeiza, de Suchany, de Stradowo, et de Gorzlawicy, villas cum ecclesiis, hominibus, decimis, mellificiis, tabernis, venationibus, juribus, piscationibus, tributis, Strosza, Pomocne, Krowne et cum omnibus aliis pertinentiis earundem, Villas etiam de Dubrowicze, de Orechowo, de Skarza, de Czechowo, de Vnczewicy, de Cetesowicy, de Pissary, de Grodesy, de Wilkowicze, de Babice, de Villa antiqua et Villa nova de Opatkowicii ad Magnum sal, de Balicy, de Sulistrowiczek, de Macelowo, de Suetice, de Trusnowicy, de Chrustonowicy, de Bozanowo, de Podluze, de Grodina, de Petrkowicy, de Vruty, de Petrkowo, de Igolonia, de Chmelinecz,

de Charuino, de Suliflauicz et de Wozcehouo cum decimis et omnibus pertinentiis earundem; Ecclesiam quoque de Magno Sale et cellam sancti Laurentii in Kalisz cum omnibus earum pertinentiis, ecclesiam S. Andreae cum omnibus pertinentiis suis et sancti Nicolai et sancti Georgii Cracouien. capellas cum pertinentiis suis; Decimas villarum de Orloua, Dubroua, Chotebandz, Strlicho, Wirzbitza, Zablocie, Sukouo, *) Ostrouua, Lazmbatz et Goltouicz, ac decimas de sortibus in Kozle pertinentibus ad castellaturam de Ratibor, circa Rybnik, quas venerabilis frater noster L. vratislavien. episcopus de assensu capituli sui monasterio vestro pia liberalitate concessit, prout in literis inde confectis plenius continetur; decimam de Sukow et decimam duorum Wielecz, annuum redditum duodecim marcarum argenti et trium poledrorum a quodam Boleslao duce Poloniae vobis concessum; Naualem transitum fluminis Vislae juxta vestrum monasterium, libertatem quam clarae memoriae B. rex Poloniae et Judith regina uxor ejus vestri monasterii fundatores concesserunt villis et hominibus vestris; Duo macella in Cracouia, Redditus salis quos habetis in villis de Zidina et de Magno Sale; duas tabernas et jus fori in Bytom; in Sieuor novum forum, unum macellum et unam tabernam, in Lastiza liberum forum et tabernam; usum venandi in Ziloka et Besada Opatouia; forum

*) loco earum in transsumpto: maiori Curzicze, Vchilsko,

chrobry ?

Hozwouf

insuper tabernam, transitum naualem in Opatowiecz, et duas tabernas in Vislicia, usum quoque fluvii qui Zkawina vocatur tam in piscationibus quam etiam in castoribus, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, et de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum postfactam in monasterio vestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit, et communionem sacrosanctae romanae

~~[illegible]~~ sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate qualibet exhibere. Ad haec novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconibus, decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis omnino fieri inhibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut publici ~~[illegible]~~ usurarii, nullus obsistat: salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus corpora mortuorum ~~[illegible]~~ assumuntur. Decimas praeterea et possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes, quae a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres unanimi consensu vel fratrum major pars consilii sanioris, secundum Deum et Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestrae paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sangvinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Praeterea omnes libertates et immunitates

a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini
vestro concessas, necnon et libertates et exemptiones se=
cularium exactionum a regibus et principibus vel aliis
fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate
apostolica confirmamus et praesentis scripti privi=
legio communimus. Decernimus ergo ut nulli omni=
no hominum liceat praefatum monasterium temere
perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas
retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatiga=
re, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum
gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus
omnimodis profutura: salva sedis apostolicae aucto=
ritate et diocesani episcopi canonica justitia et in
praedictis decimis moderatione concilii generalis. Si
qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve perso=
na hanc nostrae constitutionis paginam sciens con=
tra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove
commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione
correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat,
reamque se divino existere judicio de perpetrata
iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac san=
guine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi
aliena fiat, atque in extremo examine districtae ul=
tioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura ser=
vantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus
et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum
Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Gregorius catholicae ecclesiae episcopus.
(Ego Thomas T.T. Sanctae Sabinae presbyter cardinalis
(Ego Bartholomaeus tit. Sanctae Pudentianae presb. cardin. T.T. Pastoris
(Ego Sigenbaldus T.T. Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis
(Ego Stephanus Sanctae Mariae trans Tiber. im T.T. Calixti presbyter cardinalis
(Ego Otto Sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis
(Ego Romanus Sanctae Mariae in Cosmedin diaconus cardalis.
(Ego Egidius Sanctorum Cosmae et Damiani diaconus cardinalis
(Ego Petrus Sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis
(Ego Ranaldus Sancti Eustachii diaconus cardinalis

(Datum Perusii per manum Magistri Martini Sanctae Romanae Ecclesiae Vice Cancellarii. Septimo Kalendas Junii, Indictione Secunda. Incarnationis Dominicae Anno Millesimo Ducentesimo Vigesimo nono M.CC.XXIX. Pontificatus vero Domini Gregorii Papae Noni, Anno tertio. Legatus de Canis.

(Ex transsumpto: Joannis de Elgoth Decret. Doct. canonici majoris ecclesiae Cracov. vicarii in spiritualibus et vicarii generalis ad petitionem Bogdali abbatis Thinicienses scripto per Nicolaum Stanislai de Kelkovicze clericum cracov. dioec. notarium publicum, Cracoviae d. 21 Martii 1439; ubi memoratur originale in pergameno scriptum cum bulla plumbea papali in filis sericeis rubei et glauci coloris pendente – oblato ad acta castr. cracov. fer. 6a ipso die festi S. Bartholomei 1526. libr. Inscript. Tom. 35)

Gregorius IX papa Violam relictam uxorem Casimiri ducis opoliensis et osviecimensis ac filios ejus sub apostolicae sedis protectionem recipit.

Laterani, anno 1233 die 3. mensis Decembris.

Gregorius (episcopus servus servorum Dei) dilectae filiae nobili mulieri V(iolae) viduae ducissae de Opol salutem (et apostolicam benedictionem). Inter caeteras apostolicae sedis curas quibus jugiter occupamur, cordi nostro est, humilium relevare gravamina et subvenire oppressionibus viduarum, ut defensionis nostrae munitae praesidio, a perversorum molestiis securae maneant et quietae. Tuae igitur dilecta in Christo filia devotionis precibus inclinati, tuae ac filiorum tuorum personas in devotione ecclesiae persistentes, cum omnibus bonis, quae in praesentiarum juste ac rationabiliter possidetis sub B(eati) Petri et nostra protectione suscipimus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo (omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.) Datum Laterani III Nona Decembris, pontificatus nostri Anno VII.

Fejér

Fej

Gregorius IX papa Colomanno regi Haliciae commendat quatenus Violam relictam uxorem Casimiri ducis opoliensis et osviecimensis atque filios ejus habeat commendatam et defendat.

Laterani, Anno 1233 die 23 mensis Decembris.

Gregorius (episcopus servus servorum Dei) carissimo in Christo filio C.(olomanno) regi Sclavoniae salutem (et apostolicam benedictionem). Inter caeteras apostolicae sedis curas, quibus jugiter occupamur, cordi nostro est, humilium relevare gravamina et subvenire oppressionibus viduarum, ut defensionis nostrae munitae praesidio a perversorum molestiis securae maneant et quietae. Quum igitur dilectam in Christo filiam V.(iolam) ducissam in Opol ac filios ejus in devotione ecclesiae persistentes cum omnibus bonis quae in praesentiarum juste ac rationabiliter possident, sub apostolicae sedis protectione receperimus speciali; serenitatem tuam rogandam duximus attente ac hortandam, quatenus ipsos ducissam et filium ejus terram et alia bona sua habeas pro divina et nostra reverentia propensius commendata; et tam a duce ac aliis supradictis, quam aliis etiam qui eos contra protectionis nostrae tenorem molestare praesumserint, tradita tibi potestate defendas. Datum Laterani X. Kalend. Januarii, pontificatus nostri anno VII.

Fej

M. 13 non

Privileguim

quo Boleslaus dictus Pudicus dux sandomiriensis omnia jura monasterii tyniecensis confirmat.

1234.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Bolezlaus divina favente gratia dux Sandomirie cum matre mea domina Grimizlaua gloriosum arbitrans cotidianos actus meos ab eo incipere et finire in eo qui est principium et finis, qui est principium sine principio et judicat fines terre: senciens etiam principalis mei nominis excellenciam hoc debere exigere, quosque divini servicii amatores ut sine querela in Dei persistant laude, liberalitatis nostre sustentaculo confortare maxime autem eos quorum laboris devocio divino preceteris invigilat obsequio: proinde noverit omnium Christi fidelium universitas, qualiter Nos cum dilecta matre domina Grimizlaua divine remunerationis spe incitati interventu eciam venerandi spiritualis patris domini Lutfridi abbatis tinciensis nostri monasterii multiplicibus precibus inducti monasterii dicti in honorem Dei et preciosi ejus Apostoli Petri Apostolorum principis constructi ratum constituimus et firmiter observari precipimus, ut omnia jura que nunc et hactenus nostro predicto mo-

nasterio ab avis nostris ejusdem fundatoribus veris sunt
collata et per patrem meum dominum Lestconem ducem
Cracoviae et Sudomiriae firmiter approbata et observata
eidem ipsi monasterio inviolata perhenniter permaneant.
Specialiter autem tributum quod nostra lingva Strosa
dicitur in hominibus tam liberis quam adscripticiis vil=
las ipsius monasterii incolentibus per dominium Visliciae
et Sudomiriae nostra potestate contradicimus exceptis his qui
nostro juri vel aliquibus nostris baronibus aliqua per=
petua servitute sunt obnoxii scilicet lagenarii, pistores,
coci, camerarii et caeteri qui pro mercede anniversaria ab ip=
sorum villarum incolis praeter curias supra scripti nos=
tri monasterii conducti deserviunt. Si quis vero haec
post modum per malignitatem et avaritiam indebite
temptarit constringere, iram Dei et beati Apostoli principis
Apostolorum Petri experiatur hic et in futuro Amen.
Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas stabilis
et inconvulsa omni permaneat aevo hoc praeceptum
inde conscriptum una cum domina nostra matre corro=
boravimus et sigilli nostri impressione jussimus in=
signiri. Acta autem sunt haec Anno Dominicae Incar=
nationis Millesimo CC°XXXIII in colloquio secus Wartam fluvium in
villa Archiepiscopi Luchanc habito cum ducibus Conrado et fi=
lio ejus fratre nostro Bolezlao et Henrico filioque ejus
Henrico coram nobis et nostris baronibus inter quos
praecipue comes magnus Pakozlaus filius Lasotae
castellanus Cracoviensis in salutem animae suae testimo=
nium super hoc perhibuit attestante super hoc eodem

comite Alberto filio Slupotze castellano Vizlicize quod predicti monasterii omnes ville tam in liberis quam in ascripticiis sicut jam notatum et supra prescrip: tum est, a predicta solutione Stroze semper fuerint libe: re et immunes. Theodorus palatinus Cracoviensis, Mistug castellanus de Oscim, comites Predzlaus Zaca, Segota cum fratribus Andrea Germano et Andrea filio Sulconis, et cum duobus filiis Smilo et Martino, Petrus Nasus, Wlodi: mirus filius Zvetozlai, Clemens Major atque Minor et Size: ma Stredicus, Virsikragius filius Juretse: Getko cum fratre Vichsga, Leonardus filius Chotemiri, Petrus filius Alberti Pribyzlaus filius Gerconis, Adalbertus Archidiaconus et Cancella: rius cum fratribus Magistro Boguzlao et comite Andrea nec non et filiis ejusdem, Matheus et Jacobus capellani et alii quam plures.

sznurek z torebką

u Kilisinskiego

Privilegium

quo Conradus dux cracoviensis et lanciciensis monasterio tyniecensi alveum salis ex fodinis wieliczcensibus et liberam venationem castorum confert.

Tyniec, anno 1242 die 15. Julii.

Rex magnus et terribilis cujus venti imperio obediunt atque mare, disposuit pia miseratione, quod omnes stabimus ante tribunal ipsius, recepturi prout in corpore gesserimus sive bonum fuerit sive malum: et ideo oportet nos diem messionis extremae misericordiae operibus praevenire ac aeternorum contemplatione seminare in terris, quod reddente Domino cum fructu multiplicato recolligere debeamus in caelis, firmam spem fiduciamque habentes, quod qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus metet vitam aeternam. Et quamvis bonorum nostrorum non egeat Deitatis plenitudo, necesse est tamen, ut de his quae nobis pro tempore sunt concessa, divinae majestati ob remedium animarum nostrarum aliquid impertiri, cum ille pro nobis tradiderit semet ipsum hostiam Deo in svavitatis odorem. Eapropter nos Conradus dux Cracoviae et Lanciciae universis Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis duximus elucidandum, quod in remissionem peccatorum nostrorum, ac ob remedium et redemptionem animae carissi-

mi[1] filii nostri Zemomilli,[2] et nostrorum parentum qui nos praecedentes diem clauserunt extremum, ac totius nostrae posteritatis ecclesiae Tinciensi contulimus alueum salis ad Magnum sal vulgariter Lodnia nuncupatum cujus penzionem agaria cracoviensis[3] olim percipiebat,[4] statuentes cum honorabili patre abbate Luthfrido et conventu Tinicienzi, ut de praedicti alvaei pensione ecclesia Tiniciensis cereo competenti per singulos annos diebus ac noctibus, omnibus horis ac momentis illuminetur sine omni intermissione. In quolibet vero anniversario jam dicti filii nostri praefatus abbas et tota fratrum et sororum congregatio, ad hoc se et suos successores devote perpetuo obligarunt, quod in omni anniversario singulis annis in ipsorum monasterio quotquot fuerint sacerdotes, missas pro defunctis celebrabunt, diaconi autem et subdiaconi et omnes alii in inferioribus ordinibus constituti, nec non et moniales omnes quae fuerint literis imbutae, apud omnium Conditorem remedium supradictorum animabus implorantes, psalteria legendo transcurrent, hoc excepto, quod in quolibet die per singulos annos una missa dicetur pro defunctis in ecclesia Tiniciensi, in qua filii nostri praedicti memoria principaliter debet haberi. Refectionem etiam in anniversario fratres et sorores facient caeteris in signum memoriae notabiliorem et solenniorem, pauperesque pascent juxta modum suae possibilitatis. Ut autem fratres et sorores domus saepedictae excitentur majori devotione ad haec exequenda, eis

1) In transsumpto manuscripto legitur (male): „Kazimiri." 2) Forsan Zemouiti? 3) Szczygielski: Tinecia pag. 151 legit (male): „angariis, Cracovienses." 4) Szczygielski habet: „percipiebant."

donavimus captionem castorum per omnes possesiones, quaecunque sunt ex causa donationis, exemptionis seu commutationis ecclesiae Tiniciensi conquisitae, adjicientes quod in hac venatione nullus omnino eos ausu temerario aut aliquo impedimento molestare praesumat, sed ita libere venentur, prout ducis castorarii primitus secure venabantur. Verum quia memoria humanae fragilitatis scrupulo oblivionis et senii maturitate citissime exterminatur, ideo necesse est ea quae legitimis actibus celebrantur, scripti intitulatione totaliter memoriae commendari, ne in posterum perversorum credulitate in dubium revocentur, praesentem paginam ut nulla possit tergiversatione violari, filiorum nostrorum Boleslai Masouiae, Casimiri Cuiauiae ducum, Semouiti nostri filii junioris nec non et filioli 5) nostri Boleslai ducis Sandomiriae gratuito consensu ad hoc accedente, munimine nostrorum sigillorum decrevimus roborari, praecipientes nostrae posteritati, quatenus hanc donationem inviolabiliter studeant observare. Si quis autem eam in aliquo voluerit perturbare, divinae animadversionis incurrat maledictionem. Ad majorem vero rei euidentiam testes fecimus subnotari quorum nomina sunt haec: Comes Mistud castellanus cracov. deinde Bogussa palatinus lencicien. Sudo palatinus de Cyrnsko 6) Sdeslaus Copito castellanus spicimirien. 7) Vlodimirus frater ejus, Morslaus 8) filius Preduogij,

5) Szczygielski habet (male): „filii". 6) Szczygielski legit „palatinus sandomiriensis" 7) Szczygielski legit „Sbislaus castellanus spicimiriensis" 8) Szczygielski habet: „Derslaus" (forsan melius)

Janek filius Predslai, Simil venator cracovien. Martinus frater ejus, Florianus tribunus cracovien. Nicolaus filius Lucasij, Mrochek subdapifer, Millibor subpincerna[9], Vomanger thesaurarius, Alexius subcancellarius, Fulco praepositus de Brodezc[10]. Datum in Tynec, in die divisionis sanctorum Apostolorum, Idus Julii per manum cancellarii Volimiri, Anno gratiae M. CC. XLII.

---

9) Nomina signo lineali: ~~~~ notata desunt apud Szczygielskium.

10.) Szczygielski legit: „Grodziec."

Sigismundus I rex Poloniae confirmat privilegium Vladislai ducis osviecimensis super donationem villae Łączany cum aliis proventibus monasterio tyniecensi Osviecimi d. 22 Maji, 1250. factam.

Cracoviae 1519, die 7 Aprilis.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Russiae, Prussiae, Culmensis, Elbingensis et Pomeraniae dominus et haeres. Significamus tenore praesentium universis et singulis praesentibus et futuris harum notitiam habituris: Quia constitutus coram nobis personaliter venerabilis ac religiosus Stanislaus Baranowski abbas monasterii in Tyniec devotus nobis dilectus exhibuit litteras olim Vladislai ducis oswiancimiensis donationem villae Łączany eidem monasterio per ipsum ducem factam in se continentes, salvas, non viciatas nec in aliqua parte suspectas, suplicans ut illas propter earum vetustatem renovare ac appro=

bare, ratificare et confirmare dignaremur. Quarum tenor sequitur et est talis:

/. /.

Nos vero Sigismundus rex praenominatus supplicationibus praedicti Stanislai Baranowski abbatis Tynietensis annuentes praeinsertas litteras renovandas in omnibus earum punctis clausulis conditionibus et articulis approbandas, ratificandas et confirmandas esse duximus, renovamusque approbamus, ratificamus et confirmamus decernentes illas robur perpetuae firmitatis habituras tenore praesentium mediante, quibus in fidem ac testimonium sigillum nostrum est appensum. Actum et datum Cracoviae feria quinta proxima ante dominicam Judica, Anno Domini MDXIX, regni nostri XIII; Praesentibus ibidem reverendis in Christo patribus dominis Joanne cracoviensi, Petro premysliensi, et regni nostri vicecancellario episcopis nec non magnificis venerabilibus et generosis Christophero de Szydlowiec palatino et capitaneo cracoviensi ac regni nostri cancellario, Nicolao de Pilcza palatino belzensi, Nicolao de Szydlowiec sandomiriensi et regni nostri thesaurario ac capitaneo radomiensi, Nicolao Jordan de Zaklirzyn woyniciensi castellanis magno procuratore nostro cracoviensi et

Privilegium

quo Vladislaus dux osviecimensis monasterio tyniecensi villam Łęczany, decimam partem proventuum ex Ryczow donat et ducalia onera in Radzieszow et Zorzow indulget.

Osviecimi anno 1250, die 22 Maji.

fałszywy
za Zygmunta I
podrobiony

./. In nomine Domini Amen. Praeclara et magnifica principum firmavit authoritas, ut omnia et singula rerum gestaque hominum, quacunque aguntur in tempore, ne simul volubilitate temporum accrescente, pereant cum tempore, vigore perpetuae firmitatis gaudere cupientes, literarum apicibus, paginarum testimonio et appensione sigillorum fulciantur: hinc est quod nos Vladislaus Dei gratia dux osuancimensis notum facimus omnibus et singulis tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris; paternae pietatis fervore moti, filialique zelo amoris sauciati, atque mercedem aeternae retributionis consequi cupientes, nostro filio tum dilecto Vlodimiro religioso ordinis sancti Benedicti de Tiniecz jam professo, villam nostram super ripam Vislae jacentem Łączany dictam damus appropriamus et incorporamus reverendo patri domino Danieli abbati tiniciensi cum suo conventu habendam, possidendam, utifruendam aeterne et in aevum cum omni jure superiori et inferiori ac dominio ducali

prout soli tenuimus, nihil pro nobis penitus et nostris successoribus juris aut dominii reservantes, et cum omnibus sylvis, rubetis, nemoribus, pratis, pascuis, piscinis, piscinulis, stagnis, aquis currentibus et non currentibus, censibus, obvenientionibus, dationibus, laboribus, servitiis omnibus et singulis usibus, fructibus et quibuscunque utilitatibus aliis. Et quia jam nominata villa, pariter et insimul cum caeteris circum adjacentibus villis nostris, videlicet Riczow, Poluwsie, nobis ex antiquo laborabant et serviebant indivisim, atque uno eodemque jure fruebantur ex antiquo, unde ad vitandam et fugiendam occasionem omnem jurgiorum, altercationum et controversiarum, seu quarumcunque aliarum infestationum, quae saepius inter homines et praesertim cmetones in vicinitate residentes oriri solent, decernimus et mandamus atque jussimus praefata bona seu haereditatem Łączany sic nuncupatam a caeteris villis ducatus nostri et dominiorum subditorum nostrorum omnium et singulorum, praefatae villae circumquaque adjacentium limitibus granicierum, scopulorum atque signorum communiri et pacificari atque disjungi: incipiendo a superiori parte currentis fluvii Vislae, super cujus ripam mandavimus facere scopulum primum, in quo salicem plantare instituimus, a quo eodem primo et principali scopulo nec ad dextram nec ad sinistram declinando itur usque ad torrentem vulgariter Strumien qui de Riczow fluit, juxta ostensionem et apparentiam signi vulgariter

ciosna, a praefato vero torrente recte eundo non hinc inde declinando usque ad angulum ministerialis nostri in Poluwsie qui vocatur Lopuse, per cujus medium transeundo recto tramite usque ad fluviolum qui dicitur Czarturia stagnum ~~[illegible] [illegible]~~ novum in sinistra habendo ad undecim*) passus vocatur**) Kraczajow, a Czarturia similiter eundo versus Chrząstowice usque ad transtracturam alias za przewłoką usque ad eandem Vislae ripam ad quercum qui vocatur Michałow Dąb in quo ultimum et finale signum alias ciosno factum est. Tandem in praefatis villis videlicet Riczow et in Poluwsie ob majorem dilectionem et memoriam spiritualis ejusdem filii nostri Vlodimiri superius tacto domino abbati et conventui successoribusque eorum conferimus, donamus decimam partem omnium censuum, proventuum quibuscunque nominibus censeantur, ad nos pertinentium, et in sylvis liberam secaturam lignorum et roborum ad aedificandum quantum necesse fuerit; nos interim et successores nostros, nec non incolas in praefatis villis pro tempore existentes ad solvendum ea sub censuris ecclesiasticis et aeternae damnationis submittimus et obligamus. Item etiam villas nostras videlicet Wola, Radzieszow et Zorzow jacentes in confiniis ducatus nostri eidem abbati cum suo conventu damus et incorporamus similiter sicut et Łęczany cum pleno jure superiori et infe=

*) In confirmatione hujusce privilegii per Sigismundum I regem Poloniae anno 1519 legitur: „quadraginta" quod rectius videtur. **) In confirmat: „vulgariter"

riori nihil omnino excipiendo aut reservando pro nobis et posteris nostris in aeternum. Datum in Osuiecim, ipso die Sanctissimae Trinitatis, Anno Domini M.CC.L. (in pleno praesentia praeclarissimi Janussii ratiboriensis ducis fratris germani nostri ad hoc specialiter vocati et rogati et aliorum multorum fide dignorum. In quorum omnium testimonium ducalis majestatis nostrae sigillum duximus compe-tenter fieri appendendum.

(takiego Xięcia nie było)

scepusiensi, oswiacimiensi ac zathoriensi capitaneo, Jo=
anne Karnkowski scarbimiriensi, Andrea Crzycki sanc=
ti Michaelis plocensis et sancti Floriani cracoviensis
ac sredensis praepositis, Joanne Konarski cracoviensi,
Stanislao Tarlo lublinensi archidiaconis canonicis cra=
coviensibus et secretariis nostris, Petro Kmitha de Wis=
nicze marschalco curiae nostrae et capitaneo premys=
liensi, Stanislao Chroberski vexillifero incisore et pin=
cerna, Sylvestro Oszarowski succamerario et zavichos=
tensi, Nicolao Thomicki magistro stabuli curiae nostrae
et costensi capitaneis, caeterisque dignitariis officiali=
bus et aulicis nostris testibus circa praemissa fide dig=
nis sincere nobis et fidelibus dilectis. Datum per manus
praefati reverendi in Christo patris domini Petri epis=
copi premysliensis et regni nostri vicecancellarii sin=
cere nobis dilecti.

Petrus Epus et
Vice Cancell' sst.

R^io ejusd. Rndi in Chro Pris Dni
Petri Epi Premyslien. et R. Pol. Vice Canc.

Boleslaus dictus pudicus dux Cracoviae
homines monasterii tyniecensis ab exactione duorum
asperiolorum annua per liberos facit.

Bochnia 1258. die 8 Februarii.

In nomine Domini Amen. Legibus humanis cautum
est, ea quae ordine judiciario definiuntur codicibus lite=
rarum commendare. Ea propter nos Boleslaus Dei gra=
tia dux cracoviensis et sandomiriensis notum facimus
praesentibus et futuris: Quod cum Jacobus filius Pacos=
lai castellanus de Woynich homines domini Bolebori
abbatis Tinecensis et ~~[illegible]~~ domus ipsius ad
nostram evocaret praesentiam et ab eis exactionem vide=
licet duorum asperiolorum de singulis curiis annuatim
judicialiter expeteret. Nos cum nostris baronibus ex
utraque parte causam plene cognoscentes, homines prae=
dictos ab exactione memorata in perpetuum abjudicavi=
mus per talem sententiam: Quia utraque parte lauda=
biliter.... sentiente dilecta mater nostra domina
Grimizlawa per Domaratum subjudicem cracoviensem requi=
sita homines domus praefatae ad hujusmodi exactionem nun=
quam fuisse subjectos protestata est. Ex hoc igitur colligentes

jam dicto castellano de Woynich et omnibus successoribus ejus in causa praesenti perpetuum imponimus silentium. Ut autem nostris sequacibus ullus scrupulus super praemissis suboriatur, praesens scriptum nostri sigilli munimine et subscripto communimus testimonio. Acta sunt haec Anno Domini [illegible] MCCLVIII; Praesentibus his quorum ista sunt nomina: dominus Fulco cancellarius curiae, Slava pincerna ducissae, Stephanus Sethey, Laurentius subdapifer sandomiriensis, Joannes haeres de Lipno, Sedanech, Albertus capellani curiae, Sdygot qui sigillum apposuit. Datum in Bochna per manum Twardoslai subcancellarii curiae VI Idus Februarii.

Boleslaus dictus pudicus dux Cracoviae monasterio tyniecensi pro terra circa ecclesiam S. Floriani in Cracovia cedit vicissim partem sylvae, terram vacantem in villa Brzostek, clausuram in fluvio Visla et villam Gosturm.

Zawichost, 1258, die 21 Maji.

In nomine Domini Amen. Bona fide contractus celebratus [illegible] inter homines mortales ideo ad memoriam perpetuam redigitur in scriptis, ne ea que facta sunt per concordiam quasi dato libello repudii, per discordiam iterato valeant suscitari. Nos igitur Bolezlaus Dei gracia Dux Cracouie et Sandomirie presens instrumentum inspecturis notum facimus, quod domino Bolebori abbati Thinciensi et cenobio ejusdem loci, pro commutacione terre que circa ecclesiam beati Floriani eidem monasterio pertinebat, quam civitati Cracouiensi et hospitibus loci predicti adjunximus, donavimus partem borre contiguam possessionibus claustri memorati, quam [illegible] partem per Joannem militem nostrum heredem de Lipno certis terminis distinximus. Insuper dedimus terram quandam vacantem in villa quae dicitur Broztek, que castellature de Voynich pertinebat, et

clausuram super Vizlam cum villa quae Gosturim nuncupatur, liberam et omni contradictione non obstante. Et hec omnia contulimus jure hereditario possidenda in recompensacionem terre supradicte, salvo etiam jure molendini et taberne, que ab antiquo in Cracovia domus jam dicta possedit. Ut igitur in premissis nulla dubietas posteris oriatur, ista sigilli nostri auctoritate communivimus, praesentibus testimonium laturis, quorum ista sunt nomina: dominus Fulco cancellarius, Sulek quondam castellanus vizliciensis, Dobezlaus castellanus de Chranow, Janussius camerarius ducisse, Slaua pincerna de Sarnow, Albertus subagazo sandomiriensis, Sobezlaus canonicus sandomiriensis ecclesie, Albertus, Ivo capellani curiae. Datum in Zauichost per manum Tvardozlai subcancellarii, Anno Domini M°.CC°.L. octavo. Duodecimo Kalendas Junii.

Vladislaus dux opoliensis fundationem monasterii orlowiensis in ducatu opoliensi innovat, ipsumque monasterium jurisdictioni abbatis tyniecensis submittit.

Czeladz, 1268, die 12 Junii.

In nomine Domini Amen. Quoniam ea quae aguntur in tempore, in tempore pariter elabuntur; canonica sancivit auctoritas, ut acta mortalium, scriptorum seu testium assertione communita apud posteros robur et vigorem obtineant firmitatis. Hinc est quod nos Vladislaus Dei gratia dux opoliensis notum facimus tam praesentibus quam futuris praesens scriptum inspecturis, vota quae sine pravitate rite ac provide per nostros praedecessores piae recordationis sunt facta in donatione capellae de Orlouia et villarum cum omnibus suis pertinentiis ac utilitatibus nec non libertatibus earundem, rata habentes ac benevole acceptantes: fratribus ordinis sancti Benedicti secundum suorum continentiam privilegiorum a nostris praedecessoribus eisdem concessorum favorabiliter duximus innovanda; videlicet Sal per totum cum Dambrowa et

prati omnibus, Chotebanz, Wirzbica, Zabłocie, ad
Salem tabernam totaliter ac in tribus villis Szuto=
wo, Sierliczko, Ostrawa et infrascriptis villis,
quicquid fuerit sive in curia ducis, ~~ob~~ sive ubicun=
que non alias nisi ad praedictam ecclesiam omne
juramentum pertinebit. Item ut nullus audeat de
omnibus villis eidem ecclesiae pertinentibus aliquem
hominem citare ad aliquod castrum, nisi coram duce
vel fratribus dicti ordinis ibidem manentibus et
quicquid super ipsorum homines dux judicaverit
vel ipsi sive trecentas, sive sex marcas, sive duo=
decim, sive etiam quinquaginta, cum toto pomocne,
piscatoribus et venatoribus supradicti fratres ju=
re et perpetualiter obtinebunt. Volumus insuper
ob salutem animae nostrae, nostrorumque peccato=
rum remissionem pietatis fructum amplificare,
quod si aliquam expeditionem in ducatu nostro vel
extra fieri contingat, praefati abbas et fratres ejus=
dem ecclesiae ab omni turbatione, datione, contribu=
tione, relevamine et servitio sint liberi et perpe=
tuis temporibus exempti. Abbas vero dictae eccle=
siae Orlouiensis in omnibus juribus et libertati=
bus ecclesiae eodem jure fruetur in ducatu opoli=
ensi, quo et pater abbas Tinecensis cum ecclesia
sua gaudet in ducatu cracoviensi. Item quod in Na=
tivitate Beatissimae Virginis, annis singulis qui=

36

cunque hominum sive decimarum, sive etiam alio=
rum ad eandem ecclesiam causa devotionis vel mercimonii
vel cujuspiam rei venerint, triginta dies plena gaudeant li=
bertate nec aliqua vexatione seu comprehensione valeant im=
pediri. Ad haec etiam alias libertates eidem ecclesiae et frat=
ribus amodo dicti ordinis per nostros praedecessores concessas fideli=
ter et devote adimplere cupientes, pro nobis et nostris poste=
ris in perpetuum confirmamus ea tamen conditione appo=
sita, quod abbas Laurentius Ihinicensis cum sui consensu capituli et suis
successoribus se nobis et nostris posteris infallibiliter
obligabit, abbatem et conventum sui ordinis ponere in
Orlovia claustro honesto et conventui apto, ubi eidem abba=
ti et fratribus collocandum videbitur secundum quod exi=
git ordo ipsorum et monastica disciplina. Ipse autem pa=
ter Ihinicensis, quicunque fuerit, visitandi, corrigendi ex=
cessus, alienandi et assignandi fratres, destituendi et
confirmandi electum abbatem de Ihinicia vel de ipsa do=
mo, seu etiam electum cassandi plenam habebit potesta=
tem tam in capite quam in membris. Et ut super praedictis
nulla de caetero quaestio oriatur vel aliqua ambiguitas emergat,
praesentes litteras sigillo nostro duximus roborandas.
Datum in Czeladz Anno Domini M.CC.LXIIX, pridie
Idus Junij; Praesentibus his domicellis: Mieszkone, Ca=
simiro, Boleslao et Praemyslao ac comite Mroczkone
palatino, necnon notario nostro Gothardo, comitibus quo=
que aliis Joanne judice, Sulcone castellano de Chrzanow,
Simone de Tyniewia et fratribus ejus Hermanno et Otthone

fratribus etiam lectoribus Paulo et socio ejus Damiano
de ordine fratrum praedicatorum et aliis quampluribus
fide dignis. Per manus Gothardi notarii curiae ducalis.

(Oblatum ad acta castr. crac. fer. 5a ante fest. Transfigu=
rationis Christi 1639 per Theophilum Wolski priorem
et custodem conventus Tinecensis, ubi memoratur ori=
ginale sigillo cereo pensili munitum fuisse. – Libr.
Relat. A. 1639. Tom. 64)

Privilegium

quo Boleslaus dictus pudicus dux Cracoviae monasterio tyniecensi confert facultatem locandi civitatem jure teutonico in villa Opatowiec.

Cracoviae 1271, die 15 Maji.

---

druk w [illegible] I p. 90 Nº 53

./ In nomine Domini Amen. Cum secundum authoritatem divinam omni operi bono duae mercedes debeantur, una aeternalis et alia temporalis: hinc est quod nos Boleslaus Dei gratia Cracoviae et Sandomiriae dux notum facimus tam praesentibus quam futuris, quod ob reverentiam beatissimae Dei genitricis Virginis Mariae et beatorum Petri et Pauli apostolorum, nec non pro salute nostra et remedio animarum parentum nostrorum et etiam consideratis et inspectis continuis et fidelibus obseqviis domini Modlibosij abbatis et totius conventus domus atque coenobii Tynecensis piis supplicationibus inclinati qui in vinea domini Sabaoth non cessant frequenter pro salute hominum laborare, hanc nostram gratiam decrevimus faciendam videlicet quod in villa ipsorum forensi, quae Opatowiec vulgariter appellatur, sita super rippam fluvii qui Visla vulgo dicitur, in castellatura visliciensi, locandi et faciendi plenam

et liberam dedimus facultatem sub jure theutonico civita=
tem ipsam ab omnibus pensionibus exactionibus servitiis
solutionibus et consuetudinibus juris polonici nobis seu
castellanis et palatinis nostris aut aliis quibuscunque
officiis super eandem de jure vel de facto spectantibus
et cum omnibus possessionibus et territorio ejusdem per
omnia et perpetue eximentes et ponentes penitus ipsam
sub forma et libertate juris cracoviensis ita, ut omnes
incolae ipsius et inhabitatores quos ibidem dictus abbas
locaverit cum suis fratribus, seu quibus vendiderit aut
concesserit eodem jure regantur et utantur quo civitas nos=
tra cracoviensis extat disposita et insignita; Et generali=
ter volumus et in omnibus conditionibus et consuetudini=
bus eadem gaudeant libertate qua gaudent cives nostri
cracovienses. Si vero in aliquibus ejusdem libertatis ar=
ticulis fuerit dubitatum, ad praedictae civitatis privi=
legium recurratur. Ne autem quispiam hanc nostram
concessionem et donationem valeat violare, praesentem
paginam nostri Sigilli munimine duximus roborandam.
Acta sunt autem haec Anno Domini M.CC.LXXI. Idus
Maij, Praesentibus his et consentientibus nobilibus vi=
ris quorum ista: Dominus Procopius cancellarius curiae,
comes Vars castellanus cracoviensis, comes Janusius
palatinus sandomiriensis, comes Petrus palatinus cracovi=
ensis, comes Dobeslaus castellanus visliciensis, comes
Laurentius venator de Clobuchzco qui hujus negotii fuit
ordinator. Datum Cracoviae per manus Twardoslai cantoris
subcancellarii curiae nostrae.

Boleslaus dictus pudicus dux Cracoviae Modlibosio abbati monasterii tyniecensis confert facultatem locandae civitatis Opatowiec jure teutonico.

Cracoviae 1271 die 15 Maji.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Sublimis regum et principum majestas egregiam tunc laudem mereri censetur, dum aliquid pro cultus divini augumento et commodo ecclesiarum ac monasteriorum personarumque in illis Domino Deo servientium de novo concedit, aut id quod fuerit antea concessum clementer innovat, literarumque apicibus ac testium annotatione perennat. Proinde nos Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Rasoiae, Prussiaeque, Culmensis, Elbingensis et Pomeraniae etc. dominus et haeres, Significamus tenore praesentium universis praesentibus et futuris harum notitiam habituris: Quia cum exhibitae essent coram nobis literae olim illustris domini Boleslai ducis cracoviensis et sandomiriensis pro parte venerabilis et religiosi Stanislai Baranowski abbatis ac totius conventus monasterii Tynecensis, tenoris

infrascripti, supplicatumque fuit nobis ut illas authoritate nostra regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur; Quarum tenor sequitur et est talis: =

In nomine Domini Amen. Cum secundum authoritatem divinam omni operi bono duae mercedes debeantur, una aeternalis et alia temporalis; hinc est quod nos Boleslaus Dei gratia dux Cracoviensis et Sandomiriensis notum facimus tam praesentibus quam futuris: quod ob reverentiam beatissimae genitricis Dei Mariae et beatorum apostolorum Petri et Pauli nec non pro salute nostra ac remedio animarum praedecessorum parentum nostrorum et etiam cosideratis et inspectis continuis fidelibusque obseqviis domini Modlibosii abbatis Tyniciensis et canonici cracoviensis nec non totius conventus ipsius coenobii praedicti piis supplicationibus inclinati hanc nostram gratiam faciendam videlicet quod in villa ipsorum forensi eis donata ex devotione nostra de gratia speciali quae Opatowiecz vulgariter dicitur, sita super ripam fluvii Visla sic nominati in castellatura Visliciensi ita longe et late prout soli tenuimus, cujus latitudo seu longitudo agrorum seu camporum ipsius ad partem versus Korczyn eundo extenditur per magnam stratam transeundo usque ad querceta vulgariter Dambrowa cum ipsius omnibus proprietatibus et pertinentiis, censibus, proventibus, obventionibus, campis, pratis, silvis, nemoribus, pascuis, piscinis, piscinulis, aqvis currentibus et non currentibus

lacubus et stagnis parvis et magnis, et signanter Violam cum ambabus rippis et utroque navali videlicet infe=riori et superiori atque nemoribus, rubetis quae vadunt a rippa navalis superioris usque ad querceta vulgariter Dambrowa versus Dymlin, abbati cum conventu damus et conferimus locandi et faciendi civitatem plenam et omnimodam facultatem sub jure theutonico ipsam ab omnibus pensionibus et exactionibus, servitiis, solu=tionibus et consvetudinibus juris ~~[illegible]~~ polonici no=bis seu castellanis et palatinis nostris aut aliis quibus=cunque officiis super eandem de jure vel de facto spec=tantibus, et cum omnibus possessionibus et territoriis ejusdem per omnia perpetuo et in aevum eximentes. Insuper damus et concedimus, quod in omnibus civitati=bus et oppidis terrae Cracoviensis et sandomiriensis ratione foralium vulgariter targowego sint exempti et liberi, hanc tamen exemtionem et libertatem civium seu incolarum ipsam civitatem inhabitantium om=nium et singulorum ita ponendo fieri volumus sub for=ma et libertate juris cracoviensis ita ut incolae et inhabitatores ipsius quos ibidem idem dictus abbas locaverit suo cum conventu aut cuicunque vendiderit aut concesserit, eodem jure regantur et utantur, quo ci=vitas nostra Cracovia extat disposita et insignita et generaliter volumus ut in omnibus conditionibus et con=svetudinibus atque ritu et eadem libertate gaudeat,

qua ipsi cives nostri Cracovienses gaudere dignoscuntur. Si vero in aliquibus ejusdem libertatis, articulis, fuerit dubitatum, extunc ad praedictae civitatis privilegium recurratur. Ne autem quispiam hanc nostram concessionem et donationem valeat violare, praesentem paginam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Actum seu datum Cracoviae Anno Domini MCCLXXI, Idibus Mai; in praesentia multorum dominorum dignitariorum nostrorum et signanter in praesentia domini Procopii cancellarii curiae nostrae, comitis dicti Varszch castellani cracoviensis strenui militis Janussii palatini sandomiriensis, comite Petro palatino cracoviensi, comite Dobeslao castellano visliciensi, comite Laurentio venatore de Clobuczko qui hujus negotii fuit ordinator. Datum per manum Twardoslai cantoris sandomiriensis et subcancellarii curiae nostrae. =

Nos vero Sigismundus rex praenominatus petitionibus dicti Stanislai abbatis et sui conventus misericorditer inclinati praeinsertas literas ac omnia et singula in eis contenta approbavimus, ratificavimus et confirmavimus, approbamusque, ratificamus et confirmamus decernentes illas robur perpetuae firmitatis in omnibus suis clausulis et articulis habituras. In cujus rei testimonium sigillum nostrum est praesentibus sub=

appensum. Actum et datum Cracoviae, die sancti Jacobi Apostoli Anno Domini MDXVIII, regni nostri duodecimo; Praesentibus reverendo in Chris=to patre domino Petro episcopo praemysliensi ac vicecancellario, nec non magnificis venerabilibus et generosis Christophoro de Szydlowiec palatino et capitaneo cracoviensi et cancellario regni nostri, Andrea de Tanczyn lublinensi et capitaneo chelmen=si ac rathnensi, Nicolao de Pilcza belzensi, Martino Stanislao de Chodecz mareschalco et capitaneo leopoli=ensi, Nicolao de Szydlowiecz thesaurario regni nostri et capitaneo radomiensi, Nicolao de Zakliczyn castel=lano voynicensi magnoque procuratore cracoviensi ac scepusiensi, oswiacimensi et zathoriensi capitaneo, Joanne Karnkowski skarbimiriensi, Andrea Krzycki sancti Michaelis plocensi et szredensi praepositis ac scholastico posnaniensi, Joanne Konarski cracovien=si, Stanislao Tarlo lublinensi archidiaconis canonicis cracoviensibus secretariis nostris, Petro Kmita de Wisni=cze mareschalco et capitaneo praemysliensi, Stanislao Chroberski vexillifero, incisore et pincerna curiae nostrae, Silvestro Oszarowski succamerario nostro et zavicho=stensi, Nicolao Tomicki costensi capitaneis et magistro stabuli nostri, aliisque dignitariis, officialibus et aulicis nostris sincere nobis et fidelibus dilectis. Da=tum per manus praefati reverendi in Christo patris

domini Petri episcopi praemysliensis et regni nostri vicecancellarii sincere nobis dilecti.

Petrus episcopus
et Vice Cancellarius sct.

Relatio ejusdem reverendi in Christo patris domini Petri Episcopi Praemysliensis et Regni Poloniae Vice Cancellarii.

Boleslaus dictus pudicus dux Cracoviae confirmat privilegium Aegidii Tusculani cardinalis et sedis apostolicae legati monasterio tyniecensi datum

Korczyn, 1275, die 13. Decembris.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Cum inter opera karitatis minimum non existat vitam religiosam eligentibus et gerentibus pium et benignum facere presidium et prestare ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a sue devotionis proposito revocet, aut vigorem quod absit sacre religionis contingat infringere seu turbare. Nos Bolezlaus Dei gratia dux Cracouie et Sandomirien cum nostra carissima conjuge domina Kynga ob reverentiam omnipotentis Dei et ecclesie sancte ac in remissionem nostrorum peccaminum animarumque nostrarum salutem, nihilominus etiam propter servitia utilia venerabilis in Christo patris domini Cosmae divina miseratione abbatis Tyniciensis et canonici Cracouiensis nobis et nostre terre impensa fideliter et frequenter paci, tranquillitati et utilitati virorum religiosorum fratrum conventus ejusdem domini

XVII opat obrany 1271

abbatis Tynciensis volentes benigna sollicitudine providere, privilegia donationum et libertatum datarum tam villarum quam ascripticiorum eorundem et aliarum rerum a glorioso rege Bolezlao excellenti quoque regina domina Juditha regni Polonie necnon postmodum ab illustribus ducibus Bolezlao et Wladizlao filio suo dominantibus in Polonia duximus renovanda, et que minus lucide dicta fuerant, declaranda et etiam confirmanda, ne caligo vetustatis et rubigo antiquitatis privilegiorum datorum Tynciensi monasterio in posterum possent aliquod praejudicium generare. Quarum donationum et libertatum confirmationem factam per venerabilem patrem dominum Egydium Tusculanum episcopum felicis recordationis de verbo ad verbum praesentibus inseruimus sub hac forma: =

Bolesław Śmiały?
żona Wład. Hermana
Bolesław Krzywousty
Władysław wygnaniec

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Omnes fideles Christianos qui Dei ac proximi dilectionem habere noscuntur, sanctam et venerabilem Christi ecclesiam fideli reverentia condecet augere et monasteriorum quieti summa cum devotione tam in temporalibus quam in spiritualibus providere: ne religiosorum virorum quies aliqua interveniente controversia disturbata, eterne dulcedinis suavitatem degustare et sancte devotioni, prout saluti eorum expedit insistere nequeant: Quapropter ego Egydius Thusculanus episcopus sanctae romanae ecclesiae Cardinalis et domini Kalyxti Pape per Hungaricum et Polonicum regnum legatus, sancte Tinciensi ecclesie, consentiente gloriosissimo

Polonorum duce Boleslao et filio ejus Wladizlao et episcopo cracoviensi Radosto, quicquid eadem ecclesia in praediis et foris, tabernis et macellis praesentibus et futuris et quod polonico more Pomochne dicitur, sive omnem censum, quali vel quocunque modo vulgariter nuncupetur et duodecim marcas argenti pro occiso homine solvendas, si inter homines ecclesiae Tinciensis, quod absit, evenerit: quae omnia eidem ecclesiae a Boleslao rege et Juditha regina concessa esse praefatus dux testabatur, et a se et ab omnibus avis proavisque suis reverenter custodita testabatur, apostolica authoritate, decretali concessione firmamus, quicquid habet et tenet, vel futuro tempore juste acquisierit: Idest Thinciensem villam cum transitu navali et una taberna, secunda ultra fluvium cum voto ducis duodecim marcarum argenti et tribus poledris singulis annis et omnibus ministeriis curiae regis competentibus, cum omni castellatura, ab omnium impedimento defensis tam pistoribus, lagenariis, quam cocis et camerariis, piscatoribus et pecorariis, et omni constancia munivit; villam Lantiki cum adscripticiis, vilam Kasow cum adscripticiis, villam Cylow cum smardonibus sub una circuitione. Woytouo cum piscatoribus Ninec, Priuit artifex lagenarum et doliorum. Prandnyk cum una taberna cujus haeredes Mars et Ratey tres scotos solventes. Quae villae ab omni sunt pensione ducis

Bolesław Krzywousty i syn jego Władysław II wygnaniec (1085–1160) 44

Bolesław

poledr

(tic jedna kie)

immunes. Duo macella in Cracouia. In Sydina quatuor surouice et duae tabernae et zamar de una quaque sartagine et dedina. Chorouice villa. Radessow villa cum mellificio et venatione. In Bytom thargoue duae tabernae. In Sewor novum targoue, una taberna, unum macellum. Sceclech. Grussow. Ad magnum salem quatuor thargoue et quatuor tabernae et pecine et qualibet septimana tres alueos et quartum srodne et septem pro lignis. Labsciia et cum Coyanow et sale et servo Zului et fratribus ejus. Regina Juditha contulit ecclesiae Thinciensi Kxegnyci cum tabernis et servis Sokol et filiis ejus Nedamir, Mily, Zgliza. In Dolani Camerarii Moris, Tuor, Petrus cognominatus Zbrobadlo, Damian, in litore Wyslae camerarii. In Kargow Sulek pistor. In Pouozow Zira cum fratribus. Tukow haeredes Medwed, Klech, Mych, Woyan. Zdanouici villa Pozrogis, Miley. Brestrik, Paleta. Unochouici villa, Vnoch, Graza, Carbela, Zboz. Bezdochouici villa, Vnic, Gostenta. Suepetnici villa Nenomysl; Crothouici villa Croth, Varga, Zuloth, Mlodos, Wisetrop. Sebna villa Graza, Gnevan. Doborin villa, Reuesa, Mlota, Dobrosta. Smilno villa Syrokyna, Negrod. Pouozow villa Neguz, Veuoz, Rodesa. Cecouici villa Gneuani et Granzonis. Malchina, Vnemisl, Sdini. Tharnow. Pilzno. Mislossouici, Zdebuc, Neroda, Nedosa, Repoch, Lube. Violici, fabri in Dunauiz dominae Judithae homines

Radesa, Nemoy, Zduta, Radech. Vnesici villa Zdimir, Drogota, Zgles, Lezčeka, Teseta, Vsezul. Zobalici villa: Myley, Ztron, Borsa. Čleceči villa: Ztroy, Pinona, Crazika, Vnes, Crassek, Negan, Zgbon. Brestek villa Banz, Rados. Hy omnes homines cum villis in Knegnych pertinentes ecclesiae Thinciensi tributum et Ztrozam cum Pomochne solvunt. Opatouech quod rex Bolezlaus cum foro et taberna et transitu navali et voto duodecim marcarum singulis annis et duabus tabernis in Viola ecclesie Thinciensi contulit cum hominibus Rac, Chrust, Branco, Duran. Harum villarum decimas et omnium, que ii religiosis viris collate sunt, rogatu ducis Bolezlai Radostus episcopus eidem ecclesie contulit. Thinciense vero monasterium omni modo liberum esse apostolica auctoritate decernimus, salvo tamen honore et reverentia Cracoviensis ecclesie ac domini Radosti suorumque successorum: scilicet ut nullus dux, episcopus, marchio, comes, vicecomes, nulla persona magna vel parva ecclesiam Thinciensem molestare, vel de praediis et decimis ecclesie aliquid subtrahere presumat. + Quisquis autem hujus nostre pagine (violator extiterit), vel de ecclesie rebus aliquo conamine quidpiam auferre voluerit, a liminibus sancte ecclesie et omnium (fidelium) Christianorum consortio separatus, ac vivifico corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi segregatus, iram omnipotentis Dei et maledictionem omnium Sanctorum incurrat

Radošt daje zpřízený

et sit anathema, maranatha, et cum Juda traditore in die
judicii portionem accipiat. Qui custodierit et Dei ecclesiam
non molestaverit, benedictio, quam promisit Deus diligen=
tibus se, in eum descendat, et cum fidelibus omnibus
vitam aeternam possideat. Amen. Acta sunt haec Anno
r. 1105 Incarnationis Domini M°. C°. V°. Indictione XIII,
Epacta III, sub Bolezlao duce in civitate Cracovi=
ensi, annuente ipso duce et episcopo Radosto, coram
hijs testibus Scarbimiro, Woyzlao, Poztigo, Andrea,
Sulek cum filio Martino, Brondota, Dingor. =

Quapropter nos praedecessorum nostrorum vestgiis
inhaerentes praefatum monasterium et conventum speci=
ali devotione et gratia prosequendo, libertates, exemptio=
nes, donationes et immunitates universas et singulas,
memoratas, indultas et concessas a glorioso rege et regi=
na, nec non ducibus praefatis de grato et communi con=
sensu pariter et assensu ac unanimi voto venerabilis
patris domini Pauli episcopi cracoviensis et nostrorum
baronum videlicet Warsonis castellani, Neustup pa=
latini cracoviensium, Janussii palatini, Myrozlai cas=
tellani sandomiriensium, Sassini castellani wizlicien=
sis, Scarbimiri castellani de Wogynich, Nicolai castella=
ni de Beyech et aliorum omnium castellanorum et judicum
existentium in ducatu cracoviensi et sandomiriensi, perpe=
tua sanctione praesenti decreto inviolabiliter confirmamus

statuentes perpetuo, ut quemadmodum a praedecessoribus nostris proavis, avis et parentibus nostris dictae villae cum pertinentiis suis et etiam villae quae nunc locatae sunt vel locari debent in territoriis earundem cum omnibus ascripticiis suis praesentibus et futuris et tributis eorundem, monasterii Thinciensis quiete et pacifice retroactis temporibus extiterunt, remaneant stabiles et inviolabiles perseverent, a nobis et a nostris successoribus in suo robore firmitateque perpetua duraturae. Si quis vero ascripticiorum dictarum villarum et aliorum ibidem habitantium pro re aliqua maleficio seu contractu vel alia qualicumque injuria ad nostram sive castellanorum seu palatinorum aut judicum praedictorum aut ad quorumcunque officialium praesentiam citatus fuerit, non respondeat, nec proinde aliquam poenam recipiat, sed coram judice monasterij Thinciensis contra ipsos siquis aliquid quaestioni acceptare voluerit suam justitiam prosequatur. Ne autem ausu temerario et iniquo hanc confirmationem et declarationem praedictarum villarum ascripticiorum nec non libertatem eorundem quispiam attemptet infringere in posterum et praesumat, ipsam sigillis nostro et Karissimae conjugis nostrae superius nominatae duximus roborandam. + Quisquis autem omnium praemissorum in favorem et quietem religionis sacratissimae

concessorum, vel in quocunque eorum violator extiterit seu transgressor, iram omnipotentis Dei et electorum suorum incurrat, super hoc rationem gravissimam in die Judicii redditurus, et cum maledictis et iniquis in Gehenna recipiat portionem. Actum publice in Chorcijn Anno Domini M°. CC°. LXX°. V° In die sancte Lucie; Indictione III, Epacta XXII. Presentibus prefatis domino Paulo episcopo, castellanis, palatinis et judicibus et consentientibus ut superius est expressum; nec non presente domino Procopio nostro cancellario, per cujus manus praesens pagina est donata, et aliis quam multis.

tylko z skonane torebki pieczęci brak znaki od 3 pieczęci. karmazynowe (Bolesława - żony - i Pawła z Przemankowa)

u Kilińskiego

Privilegium

quo Boleslaus dictus pudicus dux cracoviensis nomine comitis Wirzbiętae, Ucechoni confert potestatem locandi villam Przeginia jure teutonico.

Cracoviae 1276, d. 13 Maji.

In nomine Domini Amen. Dum vivit littera vivit et actio commissa litterae cujus assertio munit memoriam et mundanas ea perpetuat actiones: habent enim minus memoriae minusque fidei quin juvacis litterae videlicet privilegii suscipiant firmamentum. Sciant igitur universi tam praesentis aetatis quam posteri ad quorumcunque notitiam delatum fuerit praesens scriptum: Quod nos Boleslaus Dei gratia Cracoviae et Sandomiriae dux damus et conferimus Ucechoni nomine comitis Virbentae filii Clementis quondam palatini cracoviensis potestatem locandi villam jure theutonico jure videlicet franconico in Pregina super magnam stratam in monte qui dicitur Kamona gora quae est haereditatis ejusdem Virbentae, ita quod ibidem ei praecipimus assignare quinquaginta mansos longos in quibus omnes incolae a solutione census et decimae infra viginti annos gaudebunt libertate; post elapsam vero libertatem de quolibet manso nobis singulis annis solvent si videbitur aut eidem comiti Virbentae pro censu dimidiam marcam argenti usualis et pro decima sex

mensuras triplicis annonae, duas videlicet tritici et duas siliginis totidemque avenae. Dicto autem Vcechoni et omnibus ejus successoribus ac posteris in eadem villa conferimus scultetiam jure haereditario perpetuo possidendam et sextum mansum liberum, tabernam, macellum carnificum et duas mensas unam panificum et aliam calcipariorum, de judiciis vero tertium denarium, sed pro nobis aut eodem comite Virbenta de eisdem duos reservantes. In eadem autem villa specialis nuntius noster ter in anno judicium faciet, et omnia judicia et negotia in eadem villa et omnes causae semper secundum consvetudinem juris franconici disponentur et terminabuntur; et si aliquis casus gravis et enormis emerserit, tunc ad ipsum terminandum et discutiendum specialem nuntium nostrum dirigemus; vel si de aliquibus juribus hujus villae dubitatum fuerit, a dubitantibus ad jus franconicum recurretur. Volumus et sancimus quod dictus scultetus et omnes villani ejus ab omni jurisdictione et potestate castellani et palatini cracoviensis et judicum ipsorum et omnium aliorum judicum perpetuo liberi sint et exempti et quod per camerarios citari non debeant sed per litteram annulo nostro sigillatam tantum et per camerarium praesentatam ad praesentiam nostram non aliter citabuntur et in praesentia nostra non aliter nisi suo jure theutonico judicabuntur. Concedimus insuper eidem sculteto et villanis, quod eis semper liceat cum quibuslibet mercibus transire per

per utramque terram absque omni solutione thelonei et exactione. Ut autem haec universa et singula robur perpetuae obtinerent firmitatis et in statu semper incolumi perdurarent; praesentem ei paginam in testimonium et perennem memoriam super his fecimus conscribi et nostri sigilli munimine roborari. Acta sunt haec Anno Domini MCCLXXVI. Indictione quarta, Epacta tertia, Concurrente tertio; Praesentibus his quorum nomina sunt ista: comes Vars castellanus Cracou. comes Neustup palatinus Cracoviensis, comes Sbigneus judex Cracoviensis, comes Ckreslaus venator sandomiriensis, comes Joannes thesaurarius ducissae, dominus Joannes dictus Troiani rector ecclesiae de Gory qui hujus negotii fuit ordinator et alii quam plures. Datum Cracouiae III Idus Maij.

Wladislaus dux opoliensis Arnoldo, Rudgero et Petro fratribus advocatiam in civitate Kęty confert.

Ratiboriae, anno 1277.

In nomine Domini Amen. Ne res gestas proces=sus aboleat temporum, opportunum est, ut eas con=firmet solennis titulus literarum. Notum sit igi=tur universis et singulis praesentem paginam inspecturis, quod nos Wladislaus Dei gratia dux opoliensis ratam habentes emptionem, quam fecit dominus Arnoldus et fratres ejus Rudgerus et Petrus erga Simonem et fratres ejus de advocatia de Kanthij, dedimus eis omnia ad dictam advocatiam pertinentia jungentes in aliqua de gratia speciali. Habebunt igitur jure haereditario in perpetuum dicti Arnoldus et fratres ejus de sexaginta mansis, qui ibidem sunt vel erunt, sextum mansum liberum a censu,

item molendina ac stagna in suo districtu construent quotquot volent, et illa perpetuo libera possidebunt, nec alicui licebit construere praeter eorum voluntatem. Item macella carnium, mensas panum et calceorum construent quotquot volent, et illa perpetuo libera possidebunt; sic etiam fartorium in quo mactantur pecora, quandocunque voluerint, construent et illud libere possidebunt. Tertium denarium de judiciorum habebunt proventibus, duos nostris usibus relinquentes: omnes autem causas, quae ibidem emerserint, sine diminutione judicabunt, in jure Lembergensi in omnibus perfruentur. Damus etiam pro communibus pascuis pecorum quinque mansos perpetuo possidendos civitati. Debent autem esse franconici omnes mansi praenotati. Ecclesiae etiam ibidem unum mansum liberum perpetuo assignamus. Habebunt insuper in civitate sextam curiam liberam, et ante civitate liberum sextum hortum. Insuper prata quaedam cum adjacente silva circa Vernijram eis dedimus, quando mansi versus Vernijram propter inundationes aquarum fuerint accurtati. Insuper dedimus eis licentiam faciendi mellificia ubi volunt in silvis nostris, et illa

quamdiu silvae non fuerint omnino resecatae, libere possidendi. Dedimus insuper omnibus inhabitatoribus civitatis licentiam piscandi in Zola infra suos terminos; sed dicti dominus Arnoldus et fratres sui ubicunque voluerint in nostris fluminibus piscabuntur, hoc custodientes, quod nullus alienus piscator sine nostra licentia piscetur in eisdem. Postremo dedimus eis, quod si aliquando emendata fuerit civitas, et camerae pro pannis vendendis construentur, sextam cameram obtineant liberam, sic et balnea faciant libera quotquot volent, nulla taberna infra milliare a civitate vicinabitur, et nulla causa mutilationem membrorum vel truncationem capitis continens judicabitur praeter civitatem: libertas in viginti quatuor mansos expiravit, reliquis decem annorum dedimus libertatem, qua peracta sicut jam solventes censum et decimam solvere tenebuntur, hoc est de quolibet manso dimidiam marcam argenti et grani triplicis sex mensuras solvent annuatim, videlicet duas mensuras tritici, duas siliginis et duas avenae. Et ut omnia praehabita maneant perhenniter inconvulsa, praesentem paginam super ipsis conscribi fecimus et nostri sigilli charactere roborari. Datum Raczibor, Anno

Domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo septi=
mo, Praesentibus domino Gotardo notario comite Joan=
ne Barthosio filio ejus Wlosciborio, Fascone Corni=
sa, Jascone Zlothousth et aliis quam pluribus.

(Ex confirmatione Sigismundi Aug. regis Pol.
Cracoviae feria 6a in vigilia S. Bartholo=
mei 1549 ad preces providi Stanislai advoca=
ti in oppido Kanthy data, in Libr. Inscriptio=
num Vol. 77 pag. 153 Metrices regni Pol. as=
servata) ubi dicitur originale pergameneum
sigillo in cordula sericea appenso munitum
fuisse.)

Boleslaus dictus pudicus dux Cracoviae testatur bona nobilium Radvanitarum Trebol dicta, non transivisse in ditionem Vladislai ducis osventimensis, iisdemque varias immunitates largitur.

Cracoviae, anno 1278 die 28 mensis Septembris

(Cum confirmatione regum Poloniae Casimiri Magni a. 1356 d. 1 Augusti, et Vladislai Jagiellonis a. 1428 d. 26 Augusti.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus imposterum pariat detrimenta, alta regum et principum consilia decreverunt ea literarum apicibus et testium annotatione perhennari, ne lapsu temporis evanescant. Proinde nos Wladislaus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithvania princeps supremus Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris, quomodo in nostrae majestatis praesentia constituti nobilis Philipus Radwan de Buzeszyny et confratres sui Radwany dicti fideles nostri dilecti quoddam privilegium serenissimi principis Kazimiri regis Poloniae divae memoriae praedecessoris nostri nobis obtulerunt instantius supplicantes, quatenus

ipsis dictum privilegium ex innata nostrae celsitudinis clementia ratificare, approbare et confirmare dignaremur. Cujus quidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

In Cristi nomine Amen. Nos Kazimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuyaviae, Pomeraniaeque dominus et haeres. Notum facimus quibus esse fuerit opportunum: Quod constitutus coram nobis fidelis noster Janussius dictus Radwanczewycz haeres de Trebol nobis humiliter supplicavit, ut privilegium super exemptione a potestate ducis Osswyanczymyensis per magnificum principem dominum Boleslaum Dei gratia ducem Cracoviensis et Sandomiriensis terrarum avum nostrum sincere dilectum datum et concessum sibi dignaremur sub ratihabitione gratiose confirmare. Cujus quidem privilegii de verbo ad verbum tenor dinoscitur esse talis:

Privilegium

Boleslai dicti pudici ducis Cracoviae et Sandomiriae quibus testatur bona nobilium Radvanitarum Trebol dicta non transivisse in ditionem Vladislai ducis osven=timensis iisdemque varias immunitates largitur. Cracoviae a. 1278 d. 28 Septembris.

In nomine domini, amen. Quoniam oblivio per succesum temporis memoriam excludit gestorum, quibus eciam, ini=quitate habundante hominum, obex calumpnie solet nover=cari, solers humane cautela providencie ascripto testium et scripti testimonio perhenne adinvenit remedium, quo humana gesta perpetuum sorciantur firmamentum. Pro=inde nos Boleslaus dej gracia Dux Cracovie et Sando=mirie notum esse volumus presentibus et futuris pre=senecium notitiam habituris, quomodo, quamvis dederi=mus et perpetuo possidendas contulerimus omnes villas nostras in fluvio Scaua vulgariter nuncupato ia=centes, Illustri Principi domino Wladislao Duci Oss=uancimiensi prouidentia divina, tamen excepimus villas ac hereditates militum nostrorum, et specia=liter villas Raduanitarum Trebol*) vulgariter nun=cupatas, racione serviciorum nobis per ipsos fideli=ter impensorum, quos a Ducatu nostro Cracoviensi

*) villas Radwanica tum Trebol. Var. lect. anni 1593.

nullomodo volumus esse remotos, quia sunt servitores nostri fideles, terre nostre Cracoviensis innati; quos ab eadem terra nulla racione volumus fore separatos. Hoc addito, ut frater noster Illustris Princeps Dux Wladislaus Ossuancimensis iam dictus, in nullo ipsis dominetur, nec in servicio, nec in citacione, nec eciam in aliqua exaccione, quia in eorum hereditatibus nullam contribucionem sibi soluere debent nec tenentur. Volumus eciam, ut per ipsum nullum impedimentum eis inferatur in venacionibus ipsorum usque ad metas Ungarie attingencium in silvis iacentibus usque ad Pczusew*)+) montem sic vulgariter nuncupatum, et usque ad Mogilniciam fluvium et usque ad Lenecz villam, usque eciam ad fluuium Solcza, et usque ad montem Zar, usque ad montem Vpik**) vulgariter nominatum, que silve existentes ex utraque parte fluvij Scauine cum omnibus utilitatibus, mellificijs seu proventibus ipsarum et fluvii supradicti, iure hereditario pertinent ad Michaelem Unazdonem et Slazonem++). Protestamur insuper, quod silva nigra Michaeli et Unazdoni cessit in diuisione facta cum fratribus eorumdem, ad quam nullus fratrum ipsorum aliquem habet respectum. Super qua videlicet silva prefati Michael et Unazd venientes, petiverunt, ut eis libertatem villas locandi concedere dignaremur. Nos vero acquiescentes precibus ipsorum, verum eciam attendentes fidelia servicia eorumdem, locare permisimus iure Theutonico sive Polonico, prout ipsis utilius videbitur expedire, et omni ~~p~~ iure tenere, sine dominio

---

*) Pozusrhew Var. lect. **) Upilz Var. lect. in Transsumpt. a 1428
~~[illegible]~~ +) Dzdszew ++) Glozonem Var. lect. comiss. 1593.

et molestacione alicuius, sicut nos ipse teneremus, ne a nobis separentur. Volumus eciam et rogamus omnes nostros successores, ut propter eorum fidelia servicia nobis sepius impensa, nullum penitus preter semet ipsos eis dominari permittant, ipsorum servicia condigna diligenter retribuentes. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum publice in Cracovia, sequente die post Michaelis, anno domini M° CC° septuagesimo octavo, presentibus testibus subscriptis: domino Paulo Episcopo Cracoviensi, Comite Warsio Castellano Cracoviensi, Comite Janussio Palatino Sandomiriensi, Neustampone Palatino Cracoviensi, Miroslao Judice Cracoviensi, domino Svardoslao Vicecancellario nostro Cracoviensi, per cuius manus hec omnia sunt conscripta ac data, et alijs quam plurimis fide dignis.

(typis impressum in Leonis Rzyszczewski et Antonii Muczkowski: Codex diplomaticus Poloniae. Varsaviae 1847. Tomus I pag. 105–108 ex transsumpto Casimiri Magni a. 1356)

Rz. 105 strona Nr LIX

Nos vero ipsius Janussii justis petitionibus satis=facere volentes, intuitu suorum fidelium servi=tiorum nobis impensorum et adhuc imposterum exhibendorum, sibi Janusrio et suis successori=bus legitthimis ac ipsius consangvineis et pro=pinquis, quos tangit praesens negotium, prae=dictum privilegium cum singulis suis clausu=lis et articulis in ipso privilegio contentis praesenti patrocinio cum appensione nostri regalis sigilli liberaliter confirmamus. Actum Cracoviae in octava beati Jacobi Apostoli Anno Domini Millesimo Trecentesimo quinquagesimo sexto; Praesentibus Johanne castellano, Imbramo palatino cracoviensibus, Wylczkone sandomiri=ensi, Dobeslao visliciensi, Johanne Voynycyensi, Zawischa sandecensi castellanis, Andrea cra=coviensi et Raphaele sandomiriensi subcame=rariis et aliis plurimis fide dignis.

Nos itaque petitionibus dictorum nobilium tan=quam justis et rationabilibus benigniter acclinati, exigentibusque dignis ipsorum fidelium meritis dic=tum privilegium approbamus, ratificamus, tenoreque praesentium confirmamus rata grata habentes decer=nentes ipsum in omnibus suis conditionibus, clausu=lis, punctis et articulis robur et vim obtinere perpetuae

firmitatis, Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimoniis litterarum. Actum in Nova Civitate feria quinta post festum sancti Bartholomaei Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, Praesentibus reverendo et magnificis nobilibus Sbigneo episcopo cracoviensi, Johanne de Tarnow cracoviensi, Nicolao de Michalow sandomiriensi, Jacobo de Konyecspolye siradiensi palatinis, Petro Schafranyecz succamerario cracoviensi, Domarath de Cobilany castellano byecensi et aliis quam plurimis fide dignis. Datum per manus venerabilium Johannis decani cracoviensis regni Poloniae cancellarii et Wladislai de Oporow decretorum doctoris ejusdem regni vicecancellarii nobis sincere dilectorum.

(Ex apographo in Libris Metrices Regni Pol.
Vol. 24 pag. 312 asservato.)

Lescus dictus niger dux Cracoviae Cosmae abbati monasterii tyniecensis concedit facultatem locandi jure teutonico villas Czutow et Kaszow.

Cracoviae, 1282, die 18 Novembris.

In nomine Domini Amen. Quoniam ea quae aguntur in tempore, pereunt simul et labuntur, nisi scripti aut vivae vocis testimonio fulciantur: Noverint igitur universi praesentes et futuri quod nos Lestcho Dei gratia dux Cracoviae, Sandomiriae et Syradiensis ob reverentiam beatae Virginis Mariae et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac intermissionem nostrorum pecaminum, consideratis etiam continuis et fidelibus servitiis domini Cosmae abbatis domus atque monasterii Tynciensis hanc nostram gratiam sibi decrevimus faciendam, ut habeat plenam et liberam facultatem silvas extirpandi et villas ac tabernas jure theutonico locandi in ejusdem monasterii haereditate quam videlicet haereditatem exemplariter volumus designare, sunt namque quaedam querceta Malcow dub pervulgariter nominata cum silva Cassoviensi et Cilowiensi in uno circuitu, quae scilicet querceta et silva sunt monasterii Tynciensis ab ipsa prima fundatione et ~~[illegible]~~ circa flu~~[illegible]~~vium Rudno vulgariter ~~[illegible]~~

nominatum, quae cum ~~parte~~ terra in utraque parte ripae a Pribina haerede in Cyrnechow jure emptionis acquisivit. His vero omnibus quos praedictus abbas ibi locaverit sive sint sculteti vel simplices coloni aut tabernarii concedimus hanc libertatem ut ad nullius judicium castellani, palatini vel qualiscunque officii citari debeant nisi ad examen sui sculteti vel abbatis Tynciensis aut ad nos et hoc non aliter nisi per literam nostro sigillo sigillatam et tunc jure theutonico coram nobis respondere tenebuntur. Eximimus etiam eosdem ab omnibus exactionibus pensionibus, servitiis, solutionibus et consvetudinibus juris polonici nobis seu castellanis aut palatinis et aliis officiis qualicunque nomine censeantur declaramus etiam et hoc manifestamus quod supradicta querceta quae dicta sunt Malcow dub cum praehabita silva protenduntur usque ad silvam quam a Pribina ut diximus praehabitus abbas emit et comparavit. Ut autem haec nostra donatio vel concessio rationabilis et honesta, inviolata, illibataque perpetuo permaneant, praesens scriptum praehabito domino abbati Cosmae tradimus nostri sigilli munimine communitum. Actum in Cracovia, Anno Domini M.CC.LXXX secundo, XIV Kalendas Decembris, Luna decima quinta; Praesentibus et consentientibus nostris nobilibus videlicet quod nos libertatem superius scriptam concessimus saepedicto abbati et monasterio Tynciensi ut dicta superiora lucidius interpretemus, quorum nomina sunt haec: comes Martinus castellanus de

Bresk, comes Otho pincerna, Adam. comes Sydmensis, comes Dobeslaus thesaurarius cracoviensis, comes Nicolaus subjudex cracoviensis, Dominus Jasco subcancellarius syradiensis per cujus manus idem transivit instrumentum.

Premislaus dux opoliensis et osviecimensis fratribus ordinis cisterciensis monasterii in Mogila, pro sex mansis in villa Spytkowice, sexdecim mansos penes villam ~~Łękawica~~ Łażany jacentes ratione commutationis confert.

Ratiboriae, anno 1284.

In nomine domini Amen. Quoniam annorum revolutione et personarum successione statuta priorum nonnunquam defluunt et nobiscum sepeliuntur, provida discrecione data nisi sunt scripta ut et labenti memorie valeant succurrere, et ordinaciones priorum factas utiliter, fideliter in posteros valeant reservare. Notum sit igitur universis et singulis presentem paginam inspecturis, quod nos Premizlius dei gratia dux Opoliensis, dominus in Osswencim pro sex mansis culte terre, quos fratres de Mogyla in Spitcouiz habuisse dinoscuntur, dedimus eisdem fratribus sedecim mansos franconicos in silva nostra circa metas de Lancham, quos ex omni

parte sui gadibus seu limitibus fecimus communiri. In quibus mansis sibi omnem quem poterunt construent usumfructum et ipsos jure hereditario perpetuo possidebunt, jus eciam teotonicum habebunt in eisdem. Et ut commutacio seu ordinacio hujusmodi perhenniter maneat inconvulsa presentem paginam super ipsa conscribi precepimus et nostri sigilli caractere fecimus insigniri. Datum Ratibor per manus Arnoldi nostri notarii summi. Anno Domini MCC.LXXX quarto, Testibus qui aderant, infrascriptis, videlicet Brenzcone castellano, Jascone Corniza, Pribizlao fratre ejus Martino procuratore, domino Jacobo et aliis quam pluribus.

Oryginał na pergaminie, pieczęć wisząca na jedwabnych sznurkach płowych

druk w Rzyszczewski: Cod dipl. III Nr 61, pag. 135 — Kodex dypl. Mogiły. Nr 36, pag. 29.

Privilegium

quo comes Adamus, sexaginta mansos sylvae penes villam Wlosiennica cuidam Miloslao ad locandam villam Wlosiennica (Poręba) confert.

Oswiecim a. 1285 d. 30. Aprilis

In nomine Domini. Amen. Ne res gestae possint per cursum declivum temporis aboleri, necessarium est, ut easdem confirmet lingvarum testimonium et solennis titulus literarum. Notum sit igitur universis et singulis praesentem paginam inspecturis quod nos Comes Adam dedimus viro provido Milosconi sylvam inter Wlosiennicam villam et Grodziec et civitatem Oswiecim, quam sylvam ex donatione incliti principis Primiski Dei gratia ducis Oswiecimensis jure haereditario possidemus sexaginta mansos franconicos jure polonico popularitam (?), in quibus etiam ipse Miloslaus quam sui posteri possidebunt sextum mansum liberum perpetuo tum a decima tum a censu. Item molendina libera quotquot volet aedificabit supra fluvium qui Wlosiennica vocatur. Tabernam etiam habebit liberam in villa quam fecit et carnificem et pistores. Item tertium denarium habebit de

proventibus judiciorum, duos pro nobis reservando. Ecclesiae etiam quam ibidem construxerit, in dotem unum mansum liberum assignamus. Gaudebunt autem qui locati fuerint in mansis praenotatis sedecim annorum plenaria libertate, qua peracta, de quolibet manso nobis pro censu et decima solverit annuatim dimidiam marcam argenti et grani triplicis sex mensuras, hoc est: duas mensuras tritici, duas siliginis et duas avenae. Et ut omnia praehabita nec non eorum singuli perenniter maneant inconculsa, praesentem paginam super ipsis conscribi praecepimus, et nostri sigilli haractere fecimus insigniri. Datum Oswiecim in Vigilia Apostolorum Philippi et Jacobi Apostolorum. Anno Nativitatis Domini M.CC.LXXX. quinto. Testibus qui aderant infrascriptis scilicet: Henrizo, Stephano Bassichich, Jacobo Zebronowich, Boguta Michaele venatore, Gothardo militibus et aliis quam pluribus.

(Extractum ex libro manuscripto intitulato: „Summariusz archiwum hrabiego na Stupowie Szembeka wojewody liwońskiego" pag. 141, in villa Osiek reperibili)

Comes Adam ~~nobili~~ provido Miloslavo confert jure theutonico locandam sylvam, 60 mansos franconicos in se continentem inter granities villarum Wlosnica (Włosiennica), Grozecz (Grodziec) et civitatis Oswietim sitam, cum facultate construendi ibidem liberum molendinum, tabernam, bancos panis. ~~[illegible]~~ Habebit etiam idem Miloslaus, suique successores liberam piscaturam, liberum sextum mansum et tertium denarium de judicio. Pro eclesia autem assignat unum liberum mansum. Coloni locandi per 16 annos gaudebunt libertate ab omni solutione; elapsis vero annis libertatis coloni de quolibet manso mediam marcam argenti puri et 6 modios siliginis sive annonae singulis annis solvere erunt astricti. (może lokacja wsi Dwory?)

In Oswiecim, Anno 1285 die 30 mensis Aprilis.

(Ex transsumto in libris castrensibus Oswietimensibus et Zatoriensibus.
Treść druk. w Wierzbowski Teodor: Otczet III o nauczných zaniatiach za granicęju 1877 – w Izwiestija Warszawskago Uniwersyteta 1877, Wypusk 2.)

Privilegium

quo Paulus Przemankowski episcopus cracoviensis pro villis Byczyna et Gorestawice, monasterio tyniecensi decimas manipulares in villis Lencze et Zorzow cedit.

Cracoviae 1287 die 10 Maji.

Nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae nec non Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomoraniae, Russiaeque terrarum dominus et haeres. Ad perpetuam rei memoriam quorum interest tenore praesentium volumus devenire: Quod constitutus coram nostra regia majestate religiosus vir frater Stephanus prior monasterii tynecensis ordinis sancti Benedicti dioecesis cracoviensis quoddam privilegium seu instrumentum infra scriptum cum duobus sigillis appensis, quae infra describentur exhibuit petens humiliter nomine abbatis et conventus praedictorum, ut cum extra regnum ad partes alienas hujusmodi privilegium debeant transmittere, transscribi mandaremus et in formam publicam redigi sub nostro sigillo cum nostrae authoritatis et decreti interpositione pro fide in posterum tanquam sui originalis faciendo: Nos vero dictum privilegium postquam per Joannem de Busco nostrum vicecancellarium fuisset lectum et examinatum, in nullaque sui parte suspectum fuisset compertum ratificantes et approbantes per nostrum notarium Gregorium plebanum de Nova Sandecz de verbo ad verbum demandavimus transsumi et transscribi cecernentes authoritate nostra regia

ut hujusmodi transsumptio seu transscriptio deinceps tam in judiciis, quam extra et ubique locorum fides plenaria sicut suo originali adhibeatur. Cujus quidem privilegii seu instrumenti de verbo ad verbum tenor extat talis: =

In nomine Domini Amen. Cum oblivio per successum gestorum excludat memoriam, solers hominum providentia, quae futuros exitus rerum metitur, sua gesta scripti tenore, perenni memoriae recommendat, ut ipsa corporis oculus per chartae speculum mentis oculo repraesentet. Proinde tam praesens aetas noverit quam futura, quod nos Paulus Dei gratia episcopus, totumque capitulum ecclesiae cracoviensis, religiosi viri domini Alberti abbatis tinecensis nec non canonici cracoviensis, Mathiae prioris, Crisani praepositi, Joannis cancellarii, totiusque conventus fratrum et monachorum coenobii praedicti precibus inclinati, propter eorum commodum et utilitatem, talem facimus cum eisdem commutationem et donationem irrevocabiliter mere et sponte: tradimus eis decimas de his villis sitis in castellatura cracoviensi, scilicet in Leneze et Zorzow cum earundem adjacentiis et adjacentibus araturis, prout mensae episcopi cracoviensis decimabant seu poterant decimare, eis et eorum coenobio sine ulla diminutione perpetuo possidendas: adjicientes et addentes dicto jure et permutatione perpetua eis, omnes decimas in eorum sylvis, post omnimodam araturam, quae in eorum sylvis de terra per quoscunque excoletur et per quemcunque fuerit extirpata seu poterit extirpari. Ipsi autem dominus

abbas una cum fratribus suis mensae nostrae episcopali pro jam dictis decimis, quae eis plus commodae existunt, donauerunt dicta permutatione jureque praefato has decimas, videlicet de Dubrowno tribus eorum villis quae jacent prope Lelow, et de Byczyna hereditate ipsorum jacente in castellatura de Chranow ac de Gorezlauicy, villa eorum quae jacet in castellatura Visliciensi; insuper ipsas hereditates Bicinam et Gorezlauice quae ad ipsorum jus et ad proprietatem monasterii pertinebant, nobis et mensae nostrae episcopali donaverunt mere et sponte, perpetuo et irrevocabiliter habendas et tenendas. Ut igitur haec universa et singula perpetualiter perseverent, praesentem paginam nostro sigillo nostrique capituli duximus roborandam. Actum Cracoviae, Anno Domini M.CCLXXXVII. Indictione XV. VI Idus Maij. =

Circa quod quidem privilegium duo sigilla oblonga in filis sericeis dependebant: primum continebat in sui medio imaginem sedentem in cathedra pontificalibus ornamentis decoratam scilicet infulatam, dextram manum admodum benedictionis extensam, in sinistra vero pastorale baculum tenebat; literae autem circumferentiales cruce praeposita erant tales: Sigillum Pauli Dei gratia episcopi cracoviensis. Item secundum sigillum in sui medio continebat formam ad modum ecclesiae cum turri et vexillo cum cruce et stella desuper praepositis et etiam literis circumferentialibus quae sunt tales cruce praeposita: Sigillum Crac. ecclesiae Sancti Venceslai. Et a tergo ejusdem sigilli fuit alium rotundum sigillum eidem sigillo in medio de rubea cera impressum, continens in se superiorem partem imaginis pontificalis infulatae cum diademate ac

extensione dextrae manus ad modum benedictionis et in sinistra baculum pastorale tenentis et literae circumferentiales fuerunt istae a cruce procedentes: Servo noxifico volo notifico. Acta sunt haec omnia supraposita videlicet dicti privilegii seu instrumenti exhibitio, examinatio interpositionis decreti et authoritatis petitio et concessio, Anno Domini MCCCLX. Indictione XIIII. X Kalendas Januarii hora quasi duodecima in aula nostra regali in Cracovia in praesentia ejusdem notarii infrascripti, praesentibus honorabilibus viris et discretis dominis Janussio cracoviensi, Floriano lanciciensi cancellariis, Petro tribuno, Zegotha gladifero cracovien. Hanzlone dicto Burk dapifero sandomiriensi et Sbigneo haerede de Breze ac aliis fide dignis.

Et ego Gregorius quondam Simonis de Zarnow clericus gneznensis diocesis publicus imperiali authoritate notarius praedictis omnibus et singulis prout supra narrantur praesens interfui, eaque omnia et singula scribens in hanc formam publicam redegi, signoque meo et nomine consuetis consignavi requisitus in testimonium omnium praemissorum.

Lescus dictus Niger dux cracoviensis dislimitationem inter villam Radzieszow conventus tyniecensis atque villam Kurozank castri cracoviensis tempore ducis Boleslai pudici factam confirmat.

Anno 1287, die 17 mensis Junii.

In nomine domini nostri amen. Nos Lestco dei gracia dux Cracovie, Sandomirie ac Syradie notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod cum inter abbatem Thinciensem dominum Albertum ex una parte, et homines nostros de Curozsank ex altera mota fuissen inicia questionum super silve pertinenciis et usibus ibidem adjacentis, tandem dictante justicia a nostris baronibus circa nos existentibus est compertum, ut dicti homines nostri de Curozsank in pertinenciis et usibus silve superius habite

finaliter remanerent, quemadmodum in privilegio patrui nostri felicis recordacionis Boleslaij ducis Cracovie et Sandomirie publicatum constat fore in haec verba. In nomine domini amen. Noverint tam presentes quam posteri, quod nos Boleslaus dei gracia dux Cracovie et Sandomiriensis cum ad instanciam venerabilis patris domini Boleborij abbatis Thinciensis Laurencium nostrum subcamerarium mediatorem statuissemus transmittentes, ut inter villam ejusdem abbatis que Radesov dicitur et Curozsank villam hominum castri Craoviensis ad custodiam brone de Mislimich pertinencium limites granice vulgariter nuncupatas abbati faceret supradicto, et idem Laurencius simul cum convocata vicinia ipsos limites a via que de Radesou villa supradicta tendit in Mogilan versus locum qui Wlosoua vocatur, inciperet limitare, nec adhuc ad ipsum locum Wlozauan pervenerat: homines dicti de Kurozsank eosdem limites fieri contradixerunt, asserentes ipsos fieri in prejudicium ipsorum et grava=

Extractus

ex privilegio Lesconis nigri ducis cracoviensis, quo confirmat dislimitationem factam tempore ducis Boleslai pudici inter villam Radzieszow conventus tyniecensis atque villam Kurozank castri cracoviensis.

A. 1287.

Lestco dux Cracov. Sandomir. et Sirad. anno 1287 confirmat privilegium patrui Bolezlai, qui ad ~~preces~~ preces Abbatis tynecensis Boleborii misit Laurentium subcamerarium suum ut inter villam conventus tynecensis Radesow dictam et villam Curozank (Krzywaczka?) hominum Castri cracoviensis ad custodiendam brone de Mislimich pertinentium limites vulgariter granice nuncupatos faceret. Limites isti erant incipiendo a via quae ducit de Radesow versus Mogilany (abbatis de Chirich) usque ad locum Wlosoua dictum per sylvas quae extenduntur usque ad metas Ungariae. In sylvis illis concedit venationem per stampice, slopiiami et ~~...~~ recia asperiolia, atque venationem castorum in fluviis Scauina, Scauicha et Sedlinicha per eandem sylvam currentibus. — Inter praesentes nominatur etiam abbas de Chirich (Szczerzyc.)

(Oryginalny przywilej na pergaminie posiadał K. W. Wielisiński, od którego pewnie do Gwalb. Pawlikowskiego zbiorów się dostał.)

men, eo quod per eosdem limites ipsi spoliaren=
tur et privarentur in silva magna, que ab ipso
loco Wlosoua incipit et finit in metis Hunga=
rorum, universis et singulis utilitatibus, vi=
delicet omni genere venandi per stampice, slo=
pi, jami et recia asperiolia, mellificia ordinan=
di et aliis lucrifaciendi, in fluviis etiam ejus=
dem silvae videlicet in Scauina, Scauicha et
Sedlnicha utilitatibus piscandi, lutrandi, ex=
cepta castorum captura, quae hec omnia cum
prefato abbate perpetuo communiter habue=
runt, quas utilitates omnes integre sine dimi=
nucione aliqua sepedictus abbas eisdem ho=
minibus recognovit. Quod dictus noster media=
tor audiens in augmentum justicie dictorum
hominum ulterius noluit limitare, faciens u=
tramque partem in nostra presencia compa=
rere. Tandemque ipse abbas in nostra presencia
comparendo, hoc ipsum ex integro recognovit, ad=
iciens nichilominus, quod aliquando Radseu dic=
tam villam, que ad ipsum abbatem pertinet, se=
pedicti homines castri mixti suis incolebant

invicem commanentes hominibus: verum ne inter ipsos et suos homines scisma discordie possit aliquatenus generari, ipse abbas propter pacis bonum, homines pertinentes brone a suis hominibus semovit, pro ipsorum terra, quam in dicta villa Radesov possidebant, per formam commutationis terram aliam pro inhabitacione et agris ipsorum, ubi nunc Curozsank dicitur, commutando in perpetuum, promittendoque sub obligacione eos tam ab abbate de Chirich a parte Mogilanensi, quam ab aliis adversariis ex altera, si qui eos infestaverint super predicta terra, quam eis contulit defensare. Insuper idem abbas recognovit sepe dictis hominibus, quod tam in Radesov quam in sua villa, non obstantibus dictis limitibus, usumfructum pascuorum et omnium aliorum semper haberent liberam potestatem, hoc excepto, quod agros arandos seu colendos dicti abbatis nequaquam idem homines se intromittent, verum ne eandem recognicionem sepedicti abbatis possit aliquorum calumpnia in posterum prepedire, a

a nobis idem homines pecierunt, ut super ipsa recognitione in ipsius robur perpetuae firmitatis litteras donaremus. Nos itaque ipsam recognicionem exigente justicia per nostras litteras confirmamus nostro sigillo roboratas. Acta autem est renovacio et confirmacio Lestcone regnante hujus privilegii ab incarnacione verbi Anno M°C°C°LX°X°X°VII, Praesentibus istis quorum nomina in hoc scripto continentur, Comes Sulco castellanus cracoviensis, Ymramus venator cracoviensis, Johannes Bobrovi vocatus Glovni, Michael Bodepor filii Radni. Datum per manus Philippi subcancellarii cracoviensis et sandomiriensis, XV Kalendas Julii.

(Oryginał na pergaminie z klasztoru tynieckiego pochodzący w posiadaniu K. W. Kielisińskiego w Medyce.)

Lescus dictus niger dux Cracoviae monasterio Tyniecensi confirmat censum quadraginta marcarum et quadraginta modiorum salis ex fodinis (zuppis) vielicensibus provenientem.

Cracoviae 1288.

In nomine Domini Amen. Ea quae aguntur vel fiunt in tempore simul labuntur cum tempore, nisi fuerint hominum testimonio vel literarum memoriae commendata. Nos igitur Lesco Dei gratia dux Cracoviae, Sandomiriae et Siradiae notum esse volumus universis tam praesentibus quam futuris adquos praesens scriptum devenerit, quod ad Magnum sal in dominio Cracoviensi invenimus quadraginta marcas argenti usualis et quadraginta modios salis pertinere et provenire ad usum et utilitatem monasterii Tinecensis, quod certis temporibus exolvebant zuparii quicunque zupam emebant ibidem, quod factum pium et honestum nos sincera complectentes devotione ratum habentes atque firmum, sicuti a praedecessoribus nostris perpetuum extabat, ita perpetuo confirmamus, sancientes et tempora solutionis lucidius declarantes, ne pro defectu salis aut argenti debiti et tempore suo non erogati in praedicto nostro monasterio fiat perturbatio Dei

famulis, qui pro pace terrae, nostraque salute non cessant
Dominum exorare; nam praefati coenobii fratres saepe
venerunt ad nos conquerentes, quod eis sal non daretur
et hoc per negligentiam vel avaritiam zupariorum. Nos
ergo paci et tranquillitati fratrum consulere cupien=
tes, volumus et statuimus sub poena unius marcae
auri nobis applicandae, quae ante diem Philippi et
Jacobi apostolorum zuparii in Magno sale abbati
Tinciensi viginti marcas argenti currentis, et iterum
ante diem beati Mauritii viginti marcas persolvere
teneantur, qui si neglexerint in die beati Floriani et
beati Michaelis nobis unam marcam auri et succa=
merario unam marcam argenti pro poena dare tenean=
tur: sal vero sub eadem poena ante diem [illegible] sanc=
ti Andreae apostoli omni septimana unum modium
quamdiu durat, debent expedire. In cujus rei testi=
monium praehabito [libato] monasterio praesentem paginam
tradimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum
Cracoviae, Anno Domini M.CC.LXXXVIII; Praesen=
tibus his quorum haec sunt nomina: comes Sulco
castellanus, comes Petrus palatinus, Imramnus ve=
nator, Nicolaus succamerarius, Nicolaus thesaurarius,
Nicolaus subjudex Cracovienses. Datum per manus domi=
ni Philippi subcancellarii curiae nostrae.

71

Lescus dictus Niger dux Cracoviae monasterio Tyniecensi post barbaricam desolationem Poloniae, in propriis bonis villas et civitates jure teutonico locandi confert facultatem.

Cracoviae, anno 1288.

In nomine Domini, Amen. Cum secundum divinam auctoritatem omni operi bono duae mercedes debeantur, una temporalis et alia aeternalis: nostri praedecessores sicut excellentissimae memoriae rex Boleslaus extitit et Judith regina, nec non illustris memoriae dux Boleslaus patruus noster et alii quam plures monasterium Tinciense pia devotione ac sincera charitate sunt utroque brachio dilectionis amplexati; quod ex eo patet, quoniam multis gratiarum beneficiis libertatumque munificentiis idem coenobium dotaverunt et

sublimaverunt: veluti ex privilegiorum dictis, quae sepius vidimus, patet manifeste, quibus non modicum idem coenobium extitit roboratum. Quorum vestigia nos Lesthko Dei gratia dux Cracoviae, Sandomiriae et Siradiae studiose ut condecet, et salubrius prosequentes, cum omnia rite et rationabiliter fecerint, nec non etiam statuta simul et donationes, maxime quae piis locis sunt datae et donatae, eorum ampliare potius quam diminuere volentes: insuper nostrarum desolationem terrarum, quae gladio inimicorum Crucis sunt desolatae, nostris exigentibus peccatis, et inconcussae ligonibus et aratris, sangvineque innocuo contaminatae jacent incultae, aliis hominibus et agricolis replere, nec non reformare cupientes, ut rursus catholica ecclesia et cristianus populus succrescat ac succedat in Dei laudem, nostrumque servitium ac utilitatem abbati et fratribus monasterii Tinciensis, qui inibi habitant in vinea domini Sabaoth laborantes, cui nos specialiter providere tenemur et prodesse, cum simus ejus verus haeres et dominus specialis;

hanc nostram gratiam decrevimus faciendam, videlicet: Quod in bonis et possessionibus ipsorum villas infra nominatas habitas, vel in territoriis earum habendas, in campis, agris, silvis locandi, aquas quoque in usus proprios convertendi, civitates etiam, ubi visum fuerit, extruendi jure theutonico plenam et liberam damus ac concedimus facultatem: quibus scilicet civitatibus, macella, tabernas, cameras ad pannum, mensas panis et calciparias, focum argenti examinandi et caetera sine quibus civitas stare non potest; villis autem singulis unam tabernam et unum macellum damus licentiam extruendi, eximentes eos ab omnibus pensionibus servitiis, solutionibus, consvetudinibusque juris polonici nobis seu castellanis vel palatinis aut quibuscunque officiis de jure vel de facto spectantibus. Insuper addimus, quod incolae quicunque locati fuerint in villis praefati monasterii aut civitatibus praesentibus, sicuti est Opathowecz, et futuris adhuc locandis, nec ad castellanum aliquem aut palatinum vel qualemcunque officialem nostrum citari debent, sive coram ipsis respondere, nisi

ad suum scultetum; ad nos autem non aliter cita-
buntur nisi per literam nostro sigillo communi-
tam, in causa tantummodo quam scultetus non
potest diffinire: qui tamen scultetus coram nobis
vel nostris judicibus suos villanos vel cives suo
jure judicabit, sed sculteti coram nobis jure theu-
tonico respondebunt; et cum tota civitas vel villa
universaliter citata fuerit propriis nominibus ho-
minum suppressis, tunc tantummodo duo cives seni-
ores seu villani cum suo sculteto coram nobis com-
pareant suo jure responsuri; quicunque autem no-
minati fuerint in citatoria, debent comparere:
poenas vero condemnationis parvas et magnas,
nihil excipiendo abbas praefati monasterii re-
cipiat et convertat in sui monasterii utilita-
tem. Ipsi vero sculteti causas potestate sua
judicii leves et arduas judicent, reos criminis
et maledicos, qui intra eorum metas reperti fue-
rint, pro qualitate cujuslibet noxiae culpae
debite puniendo. Quorum igitur nomina locorum
et villarum, licet non omnium, propriis vocabu-
lis duximus in praesenti declaranda; quae qui-
dem sunt Grodecz, Cilow, Radesow cum suis pertinen-

tiis, Penthcow, Bucowe, Wilka, Golicowice, Swirza, Bozanow, Lapciciа cum Coianow, Nepresna, Wilkow in castellanatu Cracoviensi; Xangnenice cum suis pertinentiis, Vkolice in castellanatu de Bresk; Petrkouice cum Vruth, Opathouecz in castellanatu Visliciensi; Rudno, Thuchow, Birici, Sedlisce, Babonouice, Gromnik, Kescouice, Golenka, Semichow, Cechow, Pilszno, Stregocice, Doborzino, Camenica, Brostek, Cleczci, Uiazd, Craiouice, Lancorz, Warsice, Sebne in castellanatu Woyniciensi; Vnesicz, Ceclino, Swepethnicza, Olpino, Stroze, Bezdechouici, Tura, Sborouici in castellanatu de Begech. Quicunque vero locati fuerint vel incolae super haereditatibus nominatis, a primo die locationis triginta annis super silvis, duodecim annis super mericis vel querzetis, octo annis super campis gaudeant omnimoda libertate. Siquis autem hanc nostram paginam et condignam donationem infringere ausu temerario voluerit, nobis pro poena unam marcam auri, castellano, palatino, judici Cracoviensibus cuilibet unam marcam argenti persolvere teneatur.

Ut autem haec illibata et inviolata perpetuoque permaneant, praesens scriptum praefato monasterio traditum nostri sigilli robore fecimus communiri. Acta sunt haec Cracoviae, Anno Domini M°CC°LXXX°VIIJ° Praesentibus istis, quorum haec sunt nomina: comes Sulco castellanus, comes Petrus palatinus, comes Laurentius judex, comes Nicolaus thesaurarius, comes Nicolaus subcamerarius, comes Nicolaus subjudex Cracovienses. Datum per manus Philippi subcancellarii curiae nostrae.

(Oblatum fer. 5 ante Undecim Millia Virginum 1530 per providum Petrum Czyossek advocatum de Majori Prandnik coram Judicio exposito Juris supremi provincialis theuton. castri cracov. atque insertum in Actis ejusdem officii Lib. inscript. T. 6. Nr. Arch. 1202 pag. 205-206; ubi memoratur originale in pergameno scriptum sigillo cereo in zona sericea appenso munitum fuisse. – Ex transsumpto Juris supr. theut. crac. oblatum ad Acta castr. crac. Sabbato post festum Nativit. B. Mariae 1717 Lib. Relat. Tom. 140 pag. 2368-2373. Nr. 850.)

Privilegium

quo Lescus dictus niger dux Cracoviae post barbaricam desolationem Poloniae concedit monasterio Tyniecensi in propriis bonis villas et civitates jure teutonico locare.

Cracoviae, 1288.

In nomine Domini Amen. Cum secundum (divinam) auctoritatem omni operi bono duae mercedes deb[e]antur, una temporalis et alia aeternalis: nostri praedecessores, sicut excellentissimae memoriae rex Boleslaus extitit et Judith regina, nec non illustris memoriae dux Boleslaus patruus noster et alii quam plures monasterium Tinciense pia devotione ac sincera charitate sunt utroque brachio dilectionis amplexati; quod ex eo patet, quoniam multis gratiarum beneficiis libertatumque munificentiis idem coenobium dotauerunt et sublimauerunt: veluti ex privilegi[orum] dict[is, quae] (saepius [vidimus]) patet manifeste, quibus non modic[um] idem coenobium extitit roboratum. Quorum vestigia nos (Les[thk]o) dei gratia dux Cracoviae, Sandomiriae et Siradiae, studiose ut condecet et salubrit[us] prosequentes, cum omnia rite et ([rationabiliter]) fecerint, nec non etiam statuta (simul) et donationes, maxime quae piis locis sunt datae [et] donatae, eorum ampliare potius quam diminuere volentes: insuper nostrarum desolationem terrarum, quae gladio inimicorum Crucis sunt

desolatae nostris exigentibus peccatis, et inconcussae ligonibus et aratris, sangvineque innocuo contaminatae jacent incultae, aliis hominibus et agricolis replere, nec non reformare cupientes, ut rursus catholica ecclesia et christianus populus succrescat ac succedat in Dei laudem, nostrumque servitium ac utilitatem abbati et fratribus monasterii Tinciensis, qui inibi habitant, in vinea Domini Sabaoth laborantes, cui nos specialiter providere tenemur et prodesse, cum simus ejus verus haeres et dominus specialis; hanc nostram gratiam decrevimus faciendam: videlicet: Quod in bonis et possesionibus ipsorum villas infra[1] nominatas habitas, vel in territoriis earum habendas, in campis, agris, sylvis locandi, aquas quoque in usus proprios convertendi, civitates etiam ubi visum fuerit extruendi jure Teutonico plenam et liberam damus ac concedimus facultatem: quibus scilicet civitatibus macella, tabernas, cameras ad pannum, mensas panis et calciparias, focum argenti examinandi causa, et caetera sine quibus civitas stare non potest; Villis autem singulis unam tabernam et unum macellum damus licentiam extruendi, eximentes eos ab omnibus pensionibus, servitiis, solutionibus, consvetudinibusque juris polonici, nobis seu castellanis vel palatinis aut quibuscunque officiis de jure vel de facto spectantibus. Insuper addimus quod incolae quicunque locati fuerint in villis praefati monasterii, aut civitatibus praesentibus sicuti est Opathowecz, et futuris adhuc locandis, nec ad castellanum aliquem aut palatinum vel qualemcunque officialem nostrum citari debent, sive coram ipsis respondere, nisi ad suum scultetum; ad nos autem non aliter citabun-

1) In transsumpto veteri legitur: „interra."

tur nisi per literam nostro sigillo communitam, in causa tantummodo quam scultetus non potest diffinire: qui tamen scultetus coram nobis vel nostris judicibus suos villanos vel cives suo jure judicabit, sed sculteti coram nobis jure theutonico respondebunt; et cum tota civitas vel villa universaliter citata fuerit propriis nominibus hominum suppressis, tunc tantummodo duo cives seniores seu villani cum suo sculteto coram nobis compareant suo jure responsuri; quicunque autem nominati fuerint in citatoria, debent comparere: poenas vero condemnationum parvas et magnas nihil excipiendo abbas praefati monasterii recipiat et convertat in sui monasterii utilitatem. Ipsi vero sculteti causas potestate sua judicii leves et arduas judicent, reos criminis et maledictos qui intra eorum metas reperti fuerint, pro qualitate cujuslibet noxiae culpae debite puniendo. Quorum igitur nomina locorum et villarum licet non omnium propriis (vocalibus) duximus[1] in praesenti [illegible] declaranda[2]; [illegible] [illegible] [illegible] Rudno, Tuchow, Birici[3], Sedlisce[4], Babonowice, Gromnik, Kesconice,[5] Golenka[6], Semichow, Lechow,[7] Pilzno, Stregocice, Doborzino,[8] Camenica, Brostek, Clecici,

---

1) Szczygielski: Tinecia pag: 164 in hoc loco addit: „in praesenti."
2) Szczygielski habet: „declaranda, quae quidem sunt: Grodziecz,
„Cilow, Radestow cum suis pertinentiis, Penthow, Bukowe,
„Wilfa, Golikowice, Swircza, Bozanow, Lapicia cum Glojanow,
„Nepresna, Wilkow in castellanatu cracoviensi, Xiangnenice cum
„suis pertinentiis, Vkolice in castellanatu de Bresk, Petrkowice cum Vruthy, Opatowiecz
„in castellanatu visliciensi." quae nomina in originali pergameneo desunt totaliter. 3) Szczygielski legit: „Birowka"
4) Szczygielski legit: „Siedlisce." 5) Szczygielski legit: „Cieszkowice". 6) In transumpto veteri: „Bolenca, Semichow," apud Szczygielski: „Polanka, Siemiechow." 7) In transumpto „Lechow" apud Szczygielski: „Lchow."
8) Apud Szczygielski: „Deborzyno."

in castellanatu Woynicìensi

Uiard, ~~Kraiouice~~ Cr, Lancorz, Warsice, Jebnes, Luca [9], Vnesicz, [10] Ceclino, Swepetkinicza, Olpino [11] Stroze, Berdechouici, Tura, [12] Jborouici. [13] in castellanatu de Begech Hae omnes villae cum sylvis circumjacentibus, mellificiis, venationibus, pratis, pascuis, nemoribus et aliis utilitatibus quibuscunque pertinent ad abbatem et ad domum Tyncìensem; gades vero dictae domus sylvarum incipiendo a Stroze usque ad metas Hungariae et a Luca usque ad metas Russiae. [14] Quicunque vero locati fuerint vel incolae super haereditatibus nominatis, a primo die locationis triginta annis super sylvis, duodecim annis super mericis vel quercetis, octo annis super campis gaudeant omnimoda libertate. Si quis autem hanc nostram ~~piam~~ paginam et condignam donationem infringere ausu temerario voluerit, nobis pro poena unam marcam auri, castellano, palatino, judici cracoviensibus cuilibet unam marcam argenti persolvere teneatur. Ut igitur haec illibata et inviolata perpetuoque permaneant, praesens scriptum praefato monasterio traditum nostri sigilli robore fecimus communiri. Acta sunt haec Cracoviae, Anno Domini M°CC°LXXXVIIJ°. Praesentibus istis quorum haec sunt nomina: comes Sulco castellanus, comes Petrus palatinus, comes Laurentius judex, comes Nicolaus thesaurarius, comes Nicolaus subcamerarius, comes Nicolaus subjudex cracovienses. Datum per manus Philippi subcancellarii curiae nostrae.

(Oblatum per provid. Petrum Czyossek advocatum et scabinos juratos de majori Prandnik fer. 5a ante Undecim millia Virginum 1530 in Judicio ~~exposito juris supr. theut. castri crac. in libr. inscript. ejusdem juris~~ F

Ex transsumpto judicii supr. provinciali juris theutor. castri cracov. A 1530 fer. 5a in festo Undecim millium Virg. — ubi dicitur originale pergamen. — oblat. ad acta castr. crac. oblato post fest. Nato B. Mariae 1717 rel. Tom 140 p. 2368–2373 n° 850

9) Nomen hoc deest apud Szczygielski; qui pro illo habet verba: „in castellanatu Voynicìensi." 10) Szczygielski legit: „Vnesc" 11) Szczygielski habet: „Olpiny." 12) Szczygielski legit: „Turza". 13) Szczygielski addidit in hoc loco: „in castellanatu Dobczycensi." 14) Loca signo:⁓⁓ notata, totaliter apud Szczygielski desunt.

F supr. theut. T. 6. Nr. arch. 1202 pag. 205–206 ubi memoratur privilegium hoc in pergameno scriptum sigillo cereo in zona sericea appenso munitum fuisse.)

Mesco Dux Tessinensis et dominus in Osswię-
tim cum filiis suis Wlodcone et Casimiro Duci-
bus, Bogusio innovat libertatem decem manso-
rum franconicorum sitorum prope Tessyn quos
apud Frittonem monetarium nostrum Tessinensem
comparavit, cum facultate, ut in dictis mansis utrum-
que littus super fluvium Olzam libere possideat,
molendina construat, piscandi et venandi habeat potes
tatem; colonos vero in his mansis locatos facimus
liberos et exemtos. – Praesentibus Nicholao dicto
Lisignat castellano Osswenczin, Woycechone sub-
camerario Tessynen., Jescone dicto Cornicha, Jescone
de Bencowicz pincerna curiae nostrae, Lamperto,
Praesingo civibus de Tessyn.
Datum apud Tessyn, Anno 1290 pridie Calendas Februarii.
(d. 31 Januarii)

(druk. na str. 164 w dziele: Schriften der historisch-statistischen Sektion der k. k. mähr. schles. Gesellschaft des Ackerbaues, der Natur- und Landeskunde, redigirt von Christian d'Elvert. XII Band. Brünn 1859. 8°. (Kasperlik Mathias: Kasimir Herzog von Beuthen und Mieczislaus Herzog von Teschen str. 164)

(na założenie wsi Boguschowitz)

Premislaus dux Poloniae omnes villas monasterii tyniecensis ab omnibus exactionibus et solutionibus liberas facit.

Cracoviae 1290.

In nomine Domini Amen. Nos Secundus Premyslius Dei gratia dux Poloniae Cracoviae et Sandomiriae Notum facimus universis praesens scriptum inspecturis, quod ob amorem Dei sanctissimaeque Virginis Mariae necnon apostolorum Petri et Pauli qui in Thincia patrocinantur, damus et concedimus omnimodam libertatem super omnes villas polonicas vel theutonicas absolventes eas, seu incolas earum ab omnibus expeditionibus praeter insultum paganorum, ab omnibus exactionibus et solutionibus videlicet a vacca, a ove, a stan, a powozowe, et sep, et ut villae dicti coenobii, quae sunt multum desolatae, denue reformentur, prohibemus omnibus nostris baronibus, castellanis, palatinis, judicibus et officialibus, quod non debeant homines dicti monasterii sive sint ascripticii vel liberi exceptis haereditariis quaestionibus citare vel judicare, si vero citati fuerint, non tenebuntur respondere, et si ad nostrae curiae

cognitionem judicii et examen aliqua causa deducta fuerit, sicut est sboy, chrzba, glowa, zaglowna, zestgriuen et trista nullus omnino officialium vel suparius recipiet solutionem, nisi abbas vel aliquis per ipsum constitutus. In cujus rei testimonium praesentem paginam scribi fecimus sigilli nostri munimine roboramus. Datum Cracoviae Anno Domini MCCXC Praesentibus quorum nomina subsequuntur, dominus Procopius cancellarius, comes Nicolaus palatinus calisiensis, comes Martinus castellanus de Malogosc, magister Miroslaus, comes Nicolaus thesaurarius, comes Boglo, dominus Petrus per cujus manus transivit.

Privilegium

Mesconis ducis Tessinensis et osvietimensis quo Rudgero et Petro fratribus Arnoldi capellani confert jus locandi civitatem Zator.

Osvietimi a. 1292 d. 10 Novembris.

In nomine Domini Amen. Nos Mescho Dei gratia Dux Tessinensis omnibus in perpetuum: Etsi munificentiae nostrae gratiam libenter extendamus ad singulos quos fideles Nobis ab operum experimento sentimus circo illorum tamen merita gratiosius prosequendo libenter dextram Nostrae liberalitatis adducimus, pro quibus non solum devotionis et fidei puritas sed servitii gratitudo multiplicis interpellant: quapropter per praesens privilegium notum facimus universis tam praesentibus quam futuris: quia Nos attendentes fidem puram et devotionem sinceritatis nec non grata servitia quae fidelis noster capellanus Arnoldus non solum Nobis, sed et patri Nostro quondam duci Vladislao piae recordationis fideliter exhibuit hactenus et incessanter Nobis ad praesens exhibet et exhibere poterit devotius in futurum: fratribus ipsius Arnoldi Rudigero videlicet

et Petro nostris servientibus in haereditate Nostra quae
Zathor vulgariter dicitur, vendidimus jus et proprieta=
tem locandi jure teschinensi civitatem, quae civitas
Teschin jure lemboriensi est locata. Nos autem ipsam
haereditatem Nostram Zathor limitavimus persona=
liter versus Podolsze villam nostram, item versus
Palczowice Spytkowice Trzebieńczyce Rudze Piotrowice
Palchewat, Spytkowith et Trebentam usque ad me=
tas de Ruzche; deinde usque ad metas de Pethris vil=
do, quae villa longitudinem mansorum suorum obtinere
debet et non ultra; abhinc vero usque ad metas de Hart=
Przeciszow
mudisdorph procedatur, et per illas usque ad metas de
Podolsze de quibus super diximus, quas propria fecimus
in persona, et quotquot mansi intra metas omnes quas no=
minavimus intenti fuerint, ad praenotatam civitatem Zathor
pertinebunt, et per nominatos superius Rudigerum et Petrum
jure teutonico locabuntur. Habebunt autem dicti pluries
Rudigerus et Petrus, nec non eorum posteri, in perpetuum
ibidem mansum liberum a decimis et a censu, et ab omni
solutione perenniter illibatum; item in civitate certam
curiam habebunt liberam, et ante civitatem habebunt
certum hortum; item omnia macella carnium mensas
panis et calceorum habebunt libera; sic et stubas balnea=
res quae necessariae fuerint construent liberas et nemini
alteri quidquam praescriptorum licebit construere prae=
ter dictorum saepius Rudigeri et Petri vel eorum posteri=
tatis voluntatem. Item sartorium habebunt liberum ad duas
cameras pannorum, simul et duas cameras institorum quas
ipsis dedimus perpetuo de nostra gratia speciali. Item tria

molendina super fluvium Skawam astruent perpetuo, unam cum stagnis eorundem liberis ab omni solutionis genere, et in quolibet illorum molent frumenti quotquot volent. Ecclesiae etiam ibidem constructae alterum dimidium mansum franconicum perpetuo liberum assignamus. Insuper volumus, quod omnes manentes in civitate ipsa vel extra civitatem pisces in Skawa flumine cum hamo ferreo vel etiam de telo confecto quando volet capiet ..... qui etiam pisces in Skawa capient ubi eis visum fuerit expedire. Et ut dicta civitas majus ac magis proficiat, volumusque infra milliare ab ipsa civitate nulla taberna braxetur nec panni vendantur. Fabri etiam calcificii et sartores nihil novum suis operibus, nihil dictum milliare facient .... pannis etiam et [illegible] carnes non vendentur infra milliare a civitate, quemadmodum de aliis superius est expressum. Pensam etiam habebunt in ipsa civitate plumbi, cupri atque stanni, et tam in aliis metallis, quam in aliis mercibus quibuscunque in ipsa civitate fora libera habebunt. Omnes etiam causae quae in ipsa civitate et ejus districtu emerserint, per saepedictos Rudigerum et Petrum advocatos et [illegible] deinde per eorum posteros sine diminutione judicentur, et ipsi advocati cum sua posteritate tertium denarium de judiciis obtinebunt, ~~haereditatem~~ residuitatem pro Nobis reservantes. Item venationem liberam volucrum et leporum perpetuo saepedictis damus advocatis, et ipsi civitati pro pascuis pecorum quinque mansos damus perpetue liberos usus horum. Gaudebunt autem qui locati fuerint in mansis per notatis de culta terra trium annorum, de querceto novem

et de sylva densa sexdecem annorum plenaria libertate; qua peracta, de quolibet manso franconico nobis annuatim solvent pro censu et decima mediam marcam argenti et grani triplicis sex mensurarum, videlicet duas tritici, duas siliginis et duas avenae. Et ne hanc veritatis seriem invidia vel ignorantia tractu temporis valeat obumbrare, praesentem paginam super ipsis conscribi praecipimus et nostri sigilli charactere fecimus insigniri. Datum Oswiecim in vigilia beati Martini, Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, testibus quis aderant infrascriptis videlicet Vernero palatino, Nicolao castellano de Oswiecim, Paschone Warunthonuch Durzinlingio de Vogosus Germano de Bithon Anchade Ezheuwoth militibus Woytuthene Bautea et Gvesone servientibus et aliis quam plurimis fide dignis.

(Ex transsumpto oblato ad Acta terrestria ducat. Zatorien. A. 1767 Sabbato post dominicam Exaudi proximo – item ex transsumpto ad acta praetorii urbis Cracov. inducto)

Venceslaus rex Bohemiae et dux Cracoviae subditos monasterii tyniecensis ab omni jurisdictione ducali liberat.

Brunae, 1293, die 14. martii.

Nos Wencezlaus Dei gratia rex Bohemiae, dux Cracoviae et Sandomiriae, marchioque Moraviae, Tenore praesentium notum facimus universis quod cum honorabilem virum dominum Albertum abbatem Tinciensem dilectum fidelem nostrum propter ejus obsequia grata nobis benignis affectibus amplectemus, universos ipsius homines in servitiis suis persistentes ab omni jurisdictione beneficiariorum Bohemiae, Cracoviae, Sandomiriae et Moraviae terrarum nostrarum quamdiu id non revocabimus, de speciali gratia nostra tenore praesentium absolvimus gratiose. Quapropter universis et singulis vobis beneficiariis et officialibus nostris quibuslibet jam dictarum terrarum nostrarum mandamus et iniungimus firmiter nostrae gratiae sub obtentu, quatenus infra spatium quo nostra hujusmodi concessio durabit, non praesumatis a data praesentium

ejusdem venerabilis abbatis homines citare et quod=
libet aliud contra eos officium exercere, volentes
ut coram ipso domino abbate dicti monasterii Tyncien=
sis nisi id revocemus de jam dictis suis hominibus
justitia requiratur. In cujus rei testimonium prae=
sentes fieri et sigillorum nostrorum munimine feci=
mus communiri. Datum Brunnae, Anno Domini Mille=
simo Ducentesimo Nonagesimo Tertio; XVII Kalend.
Februarii.

84

Mesco dux Tessinensis et dominus Oswencinensis significat, quod in materia questionis orta inter Theodericum episcopum Olomucensem super metis et terminis apud Ostraviam in finibus bonorum ducatus Tessinensis et episcopatus Olomucensis, pro eo quod fluvius Ostravia qui deberet metas Poloniae et Moraviae distingvere, fluctuans aliquando antiquum locum sui transitus deserens invenit novum cursum, cum Theoderico episcopo Olomucensi, mediante illustri duce fratre nostro Bolezlao Opoliensi, amicabiliter concordavit: ut ab aqua Odra sub Landek fluente, ubi Ostravia influit in ipsam Odram, incipiendo et ascendendo usque ad metas Ungariae sit limes et meta bonorum Ducatus Tessinensis et episcopatus Olomucensis, et si fluvius Ostravia nunc decurrens membratim alicubi est divisus, meta sit, ubi nunc maior aqua sive alveus cursum habet. Propterea cum episcopo fecimus aggeres, cumulos sive struges pro distinctione limitum per totum fluvium Ostraviam, incipiendo in littore versus Moraviam ab Odra et ex opposito in littore versus Poloniam, usque ad metas Ungariae; et ut usus fluvii et piscationes sint communes. Actum in Ostravia A.D. 1297. IV Nonas Augusti. Praesentibus (d. 2 Augusti 1297.

comite Adalberto succamerario Tessinensi, comite Nicholao castellano Oswentinensi, comite Johanne castellano Tessinensi, comite Hermanno dicto Speher castellano Ostraviensi, comite Swessone dapifero nostro, comite Jascone dicto de Corniz, comite Wlodzimiro dicto Kacza subiudice curiae nostrae, comite Borcone iudice curiae principis Opoliensis, comite Henrico dicto Miculez, comite Bludone dicto de Hyain, Andrea dicto Brus, Sobcone dicto Strela et Borouta domicellis ducis Opoliensis.

(Codex diplomaticus et epistolaris Moraviae, Opus posthumum Antonii Boczek edidit Josephus Chytil. Tomus V. ab a. 1294–1306. Brunae 1850. 4to pag. 74, Nr. 74–; ex orig. in archivo archiepiscopali Cremsir, cum 2 sigillis)

Mesko dux Thessinensis et dominus de Oswie=
cim, monasterio ordinis Cisterciensis de Mogiła
confert sylvam inter Łączany, Zajączkowice, Ba=
chowice et Spytkowice jacentem.

In Thessin, Anno 1302.

.... nos Dei gratia Mesko dux Thessinensis et dominus de Oswethim... fratribus ordinis Cisterciensis de Clara Tumba vulgariter Mogila... ob comparandam amplioris benedictio=nis gratiam animabus felicis memoriae nostrorum progenito=rum.. et dilectae quondam coniugis nostrae.... in dominio nostri ducatus silvam inter Lantschan, Sayansche, Ba=chovicz et Spitkovicz, de nostrorum puerorum consensu conferimus...! concedentes eisdem in praedicta silva locandi jus theutonicum, facultatem.

Oryginał pergam. z odciętą pieczęcią w Mogile
–druk w Kodex dypl. Mogiły, Nr. 45, pag. 35.

Mesko dux Thessinensis (et Oswiecimensis) donat monasterio de Clara Tumba donat silvam inter Lanchan (Łączany) et viam quae ducit in Woznik, Bachowicz et Spitkowicz.

Apud Oswiecim A. 1304 d. 7 Decembris.

—

Mesco dux Thessinensis coenobio de Clara Tumba donat sylvam inter Lanchan et viam quae ducit in Woznik, Bachowicz et Spicowicz cum facultate locandi ibidem ius Theutonicum.... praedictae silvae incolas ab his servitiis et solutionibus, stan, stroza, povos, vacca, ove, bobus etc. quos solummodo fratres vel eorum villicus pro causa furti, sanguinis, homicidii, mutilationis membrorum iudicabunt. Datum apud Oswencim A. 1304. VII Idus Decembris, Praesentibus d. Hermano castellano Oswencimensi, Zobkone iudice curiae, Predborio, Swessone subdapifero, Martino plebano in Oswencim, Johanne volodario Oswencimensi.

Podług Vidimus z r. 1343 była przy tym przywileju pieczęć niebieska woskowa na sznurkach jedwabnych przedstawiająca stojącego rycerza, z hełmem na głowie który hełm przystrojony był klejnotem w kwiaty; rycerz ten trzymał w prawej ręce oszczep z chorągiewką; w lewej zaś trójkątną tarczę na której był orzeł. Napis dokoła pieczęci: Sigillum Mesconis dei gra ducis thessinen. et dni de Ossuecim. – dziś pieczęci brak

druk w Kodeks dypl. Mogil. Nr 46 str. 36.

Mesko Hertzog zu Teschen und Herr zu Auswintzen schenkt den Bürgern zur Bilitz den unverhawenen Wald bei Nickelstorff, bis zu den Grenitzen des Dorfes Kemnitz.

Dat. Bilitz (a. 1312, den dritten Tag des Brachmonats (3 Junii)

(treść niemiecka z przekładu Tauńskiego druk. na str. 166, w piśmie: Schriften der histor. statist. Sektion der k. k. mähr. schles. Gesellschaft des Ackerbaues... Brünn 1859. XII Band.)

Casimirus Dux Thessinensis civibus Beliczensibus confirmat donationem 4 mansorum juxta civitatem sitorum pro communibus pascuis pecorum et emptionem dimidii mansi cum villanis de villa Belytz in eisdem pascuis pro villa publica apud patrem nostrum factam, cum facultate locandi domus vel hortos censuales.

Praesentibus Vincentio de Thusnowitz, Petro de Kytsitz militibus, Sobcone dicto Kornitz, Sygota de Benkowitz, Grsimislao et Mespercone domicellis.

Actum Belytz 1316, pridie Idus Martii (d. 14 Martii)

(druk po łacinie na str. 167. w piśmie: Schriften der histor. statist. Sektion der K. K. mähr. schles. Gesellschaft des Ackerbaues... Brünn 1859. XII Band.)

Strzyzyce } uszywca
Reybrot

Wladislaus dux Osswenciminensis cum consensu coniugis suae Eufrosyae, famulo suo Hankoni de Brandeyn donat mediam partem villae quae Schygod (Zygodowice) vel Schotthenhow nominatur, super fluvium Othuscam locatam, 50 mansos franconicos continentem, cujus limites in una parte ad rivulum Zchirnizyna versus villam Wythanowicze extenduntur, jure feodali possidendam. Reliquam partem mediam villae, quam genitor noster Meschco dux Thessinensis, Schottoni Magno nostro servitori eodem iure contulerat, praedictus Hanko apud ipsum Schottonem emit, itaque totam villam ex integro Hanko possidebit et tenetur nobis, iuxta nostrae terrae consuetudinem idem Hanko armatus in uno equo deservire.
Datum in Osswencim a. 1317, pridie Kalend. Februarii (31 Januarii). Praesentibus Hermanno castellano Osswencimensi, Friderico de Kumerow subcamerario nostro, Gothardo iudice curiae nostrae, Jacuschio de Schitna, Boguschio de Sprygorsa et Goswyno advocato in Osswencim.

Druk. w Kodex dypl. Mogil. No 49 str. 38.

Joannes XXII papa Wladislao duci Oswiecimensi, ejusque uxori Eufrosinae permittit, ut aliquem idoneum sacerdotem in confessorem suum eligere possint.

Avinione, Anno 1321, die 22 mensis Septembris.

Johannes episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nobili viro Wladislao duci et dilectae in Christo filiae nobili mulieri Effrosine ducissae Oswecinensi, uxori ejus, salutem et apostolicam benedictionem. Ut humani generis inimici valeatis vitare contagia et solum Deum per lavacrum confessionis pura mente sectari, Nos vestrae devotionis precibus inclinati, vobis, ut uterque vestrum aliquem idoneum sacerdotem in confessorem suum eligere valeat, qui audita confessione sua, quotiens fuerit oportunum, pro comissis ei poenitentiam

salutarem injungat, et super hiis auctoritate nostra beneficium debitae absolutionis impendat, nisi talia fuerint, propter quae Sedes apostolica sit merito consulenda, auctoritate praesentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione X Calendas Octobris, Pontificatus nostri Anno sexto.

Joannes XXII papa Joanni filio Wladislai ducis Oswiecimensis scholastriam ecclesiae cathedralis cracoviensis confert.

Avinione, Anno 1321, die 15 mensis Decembris.

Johannes episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Johanni nato dilecti filii nobilis viri Ladislai ducis de Oswencin, scolastico ecclesiae Cracoviensis, salutem et apostolicam benedictionem. Dum tui generis nobilitatem, quae tuis dedit ortum natalibus, tuae quoque laudabilia juventutis indicia, per quae, prout fidedignorum habet assertio, manifeste colligitur, quod auxiliante Domino te virum in posterum producere debeas virtuosum, diligenter attendimus, apostolico te favore dignum conspicimus et praerogativa gratiae specialiter attolendum. Cum itaque scolastria ecclesiae

Cracoviensis, quam venerabilis frater noster Boleslaus archiepiscopus Strigoniensis tempore promotionis per nos factae de ipso ad ecclesiam Strigoniensem in eadem Cracoviensi ecclesia obtinuit, per hujusmodi promotionem suam et consecrationis munus apud Sedem Apostolicam de mandato nostro impensum eidem, apud Sedem praedictam vacare noscatur ad praesens, de qua nullus praeter nos hac vice disponere potest, pro eo quod nos dudum ante vacationem praedictam omnes hujusmodi scolastrias, nec non dignitates, personatus et officia, caeteraque beneficia ecclesiastica tunc apud dictam Sedem quocumque modo vacantia et in antea vacatura nostrae ac Sedis ipsius collationi et dispositioni specialiter reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hoc a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari: Nos volentes tibi praemissorum intuitu gratiam facere specialem, scolastriam praefatam sic vacantem cum omnibus juribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus, et de illa etiam providemus, decernentes,

prout est, irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit in posterum attemptari. Non obstantibus quibuscunque statutis et consvetudinibus contrariis ipsius ecclesiae Cracoviensis etc. proviso, quod scolastria praedicta debitis obsequiis non fraudetur, sed eidem facias in divinis per substitutum idoneum congrue deserviri, quodque tu, postquam ad aetatem perveneris ad hoc aptam, te facias ad ordines, prout onus Scolastriae ipsius requirit, statutis a jure temporibus promoveri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae collationis [illegible], provisionis, constitutionis et dispensationis infringere, [illegible] vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione, XVIII Calendas Januarii, Pontificatus nostri Anno sexto.

Johannes dux Osswenaimensis et Scolasticus Cracoviensis cum matre sua Effrasia recognoscit: quod Nicolaus dictus Byczxko (Byczko) villam suam Woyznic (Woźniki) cum consensu fratris sui ac sororum suarum vendidit fr. Stephano abbati de Claratumba et toto conventui.

Datum in civitate Cracoviensi A. 1324, pridie Idus Maii (d. 14 Maii). Praesentibus, d. Petro Nossalone milite nostro, Gothardo judice curiae nostrae, Martino de Smolicz, Nicolao dicto Pachyrs, Goswino advocato Osswenaimensi, Wigando cive Cracoviensi et Michaele dicto Grabe cive de ibidem. Datum per manus Johannis capellani nostri, plebani de Muchars.

Oryg. pergam. w Mogile: pierwsza pieczęć urwana; druga z zwyczajnego wosku na niciach zielonych jedwabnych wyobraża Zwiastowanie N. P. M. w środku klęcząca niewiasta. Napis dokoła S. Evfrasie. dvcisse. osswenaimiensis.

druk w Kodex Mogil. Nr 53 str. 41.

Privilegium

quo Vladislaus dictus Locticus, rex Poloniae haereditatem monasterii tyniecensis Gromnik et Golanka vocatam jure teutonico locare concedit.

Cracoviae, 1326, die 11 Novembris.

In nomine Domini Amen. Quae matura deliberatione digestoque consilio principum aliquo respectu quibuslibet permittuntur: ea per commemorationem longinquam hominum quorum memoria labilis est attestatione veridica, scriptisque patentibus debent non immerito roborari. Hinc est quod nos Vladislaus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae Sandomiriae, Lanciciae, Siradiae, Cujaviaeque dux et dominus scire volumus [redacted] universos praesentes et posteros quorum audientiae praesens scriptum fuerit devolutum: Quod consideratis fidelibus servitiis et inspectis quae nobis fidelis abbas noster et conventus Tynciensis exhibuit, et in futurum nititur exhibere, haereditatem ipsius in silva sitam vulgari Gromnik et Golanka vocitatam indulgimus, damus et conferimus potestatem jure theutonico collocandam, jure scilicet Novi fori, secundum quod est praedicta silva certis suis limitibus

designata, eximentes et liberantes scultetum et incolas seu villanos quos ibidem locaverit, dantes eis per viginti annos continue sequentes plenam et omnimodam libertatem ab omni servitio et datione dominio nostro pertinenti. Absolvimus itaque scultetum et villanos qui ibidem ad inhabitandum venerint, ab omnibus polonicalibus juribus solutionibus, exactionibus, servitiis, omnibus angariis et praeangariis quocunque nomine censeantur, videlicet a Naraz, a Powoz, a Powod, a Sep, a vacca, a bove, a Poradlne vel quocunque dici queant vocabulo, quod jus theutonicum consvevit perturbare, et ab omnibus judiciis polonicalibus palatinorum, castellanorum, omniumque judicum et subjudicum et omni jurisdictione ipsorum ac officialium, ministerialium quoque eorundem; sed tantummodo scultetus ipsius omnes causas poenas furti, sangvinis homicidii et quascunque cum scabinis suis in bonis eisdem jure theutonico judicabit, et ipse abbas et conventus (una cum) sculteto ipsorum juxta jus theutonicum poenas sive emendas percipiet judicati. Citati tamen scultetus et villani supradicti per nostram litteram tantum in nostra curia de se quaerulantibus apparebunt, dum idem scultetus in reddenda justitia negligens repertus fuerit jure theutonico responsuri. In cujus rei testimonium praesentes fieri et sigilli nostri munimine jussimus communiri. Actum apud Cracoviam in die beati Martini, Anno Domini

MCCCXXVI. III Kt. Idus Novembris. His praesentibus
nobilibus ~~[illegible]~~ nostris: Tomislao palatino sandomiriensi, 97
Nanogio castellano, Nicolao subcamerario cracoviensibus,
domino Sbiscone praeposito cracoviensi. Datum per manus
magistri Francisci praepositi Visliciensis canonici et can=
cellarii cracoviensis.

Johannes dux osviecimensis profitetur, se ducatum osviecimensem a Johanne Luxemburgensi rege Bohemiae in feudum recepisse.

Bytomiae, anno 1327 die 24 mensis Februarii.

Nos Johannes Dei gratia dux Osswencinensis et scho-
lasticus Cracoviensis, recognoscimus et fatemur
tenore presentium universis: nos esse principem
et vasallum magnifici principis domini nostri domini Johan-
nis Boëmiae et Poloniae regis illustris ac Comi-
tis Lucemburgensis, et ab eo terram nostram Osswenci-
nensem cum suis civitatibus et castris, videlicet:
Osswencin civitate cum castro, Zathor civitate, Kant,
Zypscha, Wadowicz et Spikowicz oppidis cum oppida-
nis, villis, hominibus, vassalis ac militibus ad ipsas
et ipsa spectantibus et aliis suis pertinentiis univer-
sis in quibuscunque consistant, quas nunc habemus 3

et imposterum sumus quocunque titulo habituri,
nostro, heredum et successorum nostrorum nomine
encine nomine
ducum Osswiecensium recepisse in feodum, et ab ip=
et
so tenere et possidere jure et titulo feodali, volentes
Encin
quod heredes et successores nostri duces Osswienen=
ses predicti, juxta continentiam litterarum, quas
Boemie recepimus et
a praedicto domino rege super eo habemus, quan=
rr Oswen.
docunque predictam terram nostram vacare con=
rege suis haeredibus seu successoribus regibus Boemie
(nostro et)
tigerit, eam ab ipso domino nostro rege in feodum
et et
deinceps semper recipere debeant et tenere, facto
e
sibi per eos servando perpetuo fidelitatis homa=
gio, sicut et nos nunc spontanea et libera volun=
vel eorum princeps et
tate fecimus, ei vel eis tamquam ejus successo=
vasallus, syncera fide intendere semper debeant et parere. Harum nostrarum
ribus. In cujus rei testimonium presentes litte=
testimonio literarum
ras fieri et sigillo nostro fecimus roborari. Da=
tum in Bouteng, Anno Domini MCCCXXVII.
VI Kal. Martii.

F In cuius rei tes:
timonium presen:
tes litteras fieri et si:
gillo nostro fecimus
roborari

Oryginał na pergaminie w cesarsk. Archiwum państwa w Wiedniu.
Pieczęć mała woskowa ma orła i napis dokoła + s. iohis. dvc. osswen.
et. scolastici. crac.

(Ex Balbini: Miscell. Dec. I Lib. VIII. Vol. I,
Ex Bodeckiano Epistol. public. Part.
III. ep. 62. fol. 246. — item ex: Frid. Wilh.
Sommersbergii: Silesiacarum rerum
scriptores. Lipsiae 1729. Tom. I. pag.
807.) — Teki Naruszewicza Tom V. N.° 15 ex
Codice vetust. MSS. Archiv. Stanisl. Aug. Regis.

(druk. w C. Grünhagen und H. Markgraf:
Lehns und Besitzurkunden Schlesiens
und seiner einzelnen Fürstenthümer im
Mittelalter. II Theil. Leipzig 1883 (Publi:
cationen aus den K. Preußischen Staats:
archiven XVI Band) pag. 577 N.° 1.)

Johannes dux osvieimensis profitetur se ducatum osvie-cimensem a Joanne Luxemburgensi Rege Bohemiae in feudum recepisse.

Bytomiae, anno 1327 die 24. mensis Februarii.

Nos Johannes Dei gratia Dux Osswicensis Scholasticus Cracoviensis: recognoscimus et profatemur tenore presentium universis nos esse principem et vasallum Magnifici Domini nostri Domini Joannis Böemie et Polonie Regis, Illustris ac Comitis Lucemburgensis et ab eo terram nostram oswicensem cum suis civitatibus, et castris videlicet Oswicem civitate cum castro Zator, civitate Lant, Zipsa, Wadowicz et Spinowicz oppidis, cum oppidanis, villis, hominibus vassalis ac militibus ad ipsas et ad ipsa spectantibus

et aliis pertentiis universis in quibuscunque consistant, quas nunc habemus et in posterum sumus quocunque titulo habituri, nostro, heredum et successorum nostrorum nomine ducum Osswicensium recepisse in feudum et ab ipso tenere et possidere jure ac titulo feudali, volentes quod heredes et successores nostri ~~[illegible]~~ duces Osswicenses predicti, juxta continentiam litterarum, quas a praedicto domino rege super eo habemus, ~~[illegible]~~ quandocunque predictam terram nostram vacare contigerit, eam ab ipso Domino nostro Rege in feudo deinceps semper recipere debeant ac tenere, facto sibi per eos servande perpetuo fidelitatis homagio, sicut et nos nunc spontanea et libera voluntate fecimus, ei vel eis tanquam ejus successoribus. In cujus rei testimonium presentes litteras fieri et sigillo nostro fecimus roborari. Datum in Boütung Anno Domini MCCCXXVII. VI. Kal. Martii. —

(Ex Balbini Epist. public. Part. III ep. 62. — item ex: Frid. Wil. Sommersberg: Silesiacarum rerum scriptores. Lipsiae 1729. Tom I p. 807)

~~([illegible])~~

Johannes Luxemburgensis Rex Bohemiae duci (Casimiro) teschinensi expectativam in Osviecimensem ducatum praebet.

Bytomiae, anno 1327 die 24. mensis Februarii.

Johannes Dei gratia Boëmie et Polonie Rex ac Luxemburgensis Comes: Recognoscimus et ad universorum notitiam volumus tenore presentium pervenire: quod quia illustris Kazimirus Dux Theschinensis ob specialis amoris ~~memorie~~ affectum, quem ad nostram gerit celsitudinem, princeps et curialis noster esse decrevit, terram suam Teschinensem cum suis civitatibus et castris videlicet Teschen civitate

cum castro, Freistat et Beliz civitatibus: Scotschow et Jemnicz oppidis cum munitionibus et Ostravia castro, cum etiam villis, hominibus vassalis ac militibus ad ipsas et ipsa spectantibus et aliis suis pertinentiis universis in quibus consistant, quas et quae nunc possidet et imposterum quocunque titulo possidebit, suo, heredum et successorum suorum Ducum Teschinensium nomine in nostris spontanea et libera voluntate resignans manibus, a nobis recepit in hereditatem (suam) heredum ac successorum suorum ducum Teschinensium in perpetuum, et facto nobis per eum debite fidelitatis homagio, nobis, heredibus et successoribus nostris regibus Boëmie tanquam princeps noster ac regni nostri Boëmie promisit fideliter intendere et parere: nos ipsius subjectioni benevole in hac parte grata vicissitudine occurrere disponentes, ipsum in nostram, heredum et successorum nostrorum Regum Boëmie predictorum protectionem tanquam principem et subditum nostrum recipimus et tutelam: promittentes eum, heredes ac successores suos in omnibus sibi

competentibus juribus, disponente Domino, magnifice conservare et tanquam quemlibet principem et subditum nostrum ubilibet defendere et tueri: faventes etiam et concedentes sibi in perpetuum, ut filii sui legitimi ~~[illegible]~~ cum eorum successoribus legitimis in predicta terra sua Teschinensi sibi invicem semper succedere debeant jure et titulo hereditario ad faciendum et dimittendum ~~eorum~~ suam juxta voluntatem. Ad majoris quoque expressionem gracie nostre, prefato Kazimiro concedimus et favemus, ut si illustrem Johannem Ducem Osswienczimensem fratruelem suum, principem nostrum dilectum, sive in futurum quoscunque principes et dominos Osswieczimenses, absque liberis legitimis ex se genitis decedere contigerit, quod ex tunc ipsius vel ipsorum terra et ducatus Osswieczimensis ad eundem Kazimirum ac heredes ipsius in perpetuum plene devolvatur et habeatur. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillo nostro majori jussimus communiri: Datum in Böutung*), Anno Domini MCCCXXVII. VI. Kal. Martii.

---

*) In transsumpto hujusce diplomatis citato ~~[illegible]~~ in Walteri Silesia diplomatica Tom II pag. 491 legitur: Datum Pragae... (forsan erronee)

~~[illegible]~~

(Ex Henelii (nie) Adversariis Hist. Siles.
Mscr. ubi legitur, diploma hoc des:
criptum esse ex archivo Teschinensi. –
Item ex Frid. Wil. Sommersberg Sile:
siacarum rerum scriptores. Lipsiae
1729. Tom I pag. 804. – ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~. – Ver:
sionem germanicam ejusdem produxit
Lünig: Deutsches Reichsarchiv Part.
Spec. Contin. I. Tom I. Item ex Schick:
fus: Chron. Lib. III cap. 31. pag. 511 – Item
ex Schickfus: Consvet. feudal. cap. XV.
No 17). – Grünhagen und Markgraf
Lehns und Besitzurkunden Schlesiens. II
Theil, pag. 560.

Joannes XXII papa Petro dicto Militi canonico cracoviensi confert Scholastriam ecclesiae cathedralis cracoviensis post resignationem Joannis Ducis Oswiecimensis vacaturam.

Avinione Anno 1327 die 30 mensis Novembris.

Johannes episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Petro dicto Militi salutem et apostolicam benedictionem. Suffragantia tibi dona virtutum, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut personam tuam paterna benivolentia prosequentes, tibi reddamur in exhibitione gratiae liberales. Oblata siquidem nobis tua petitio continebat, quod dudum pro parte tua nobis exposito, quod dilectus filius Johannes natus dilecti filii nobis viri ducis Ladislaij, scolasticus ecclesiae

Cracoviensis ad statum se transferre desiderans laicalem, erat tunc in proximo matrimonium contracturus, et propterea Scolastria ejusdem ecclesiae vacare sperabatur in brevi: Nos volentes personam tuam hujusmodi tuorum meritorum obtentu et consideratione carissimi in Christo filii nostri Wladislai regis Poloniae illustris, pro te nobis super his humiliter supplicantis, in eadem ecclesia, cujus tunc eras et adhuc existis canonicus, amplius honorare, Scolastriam ipsam conferendam tibi, cum praemisso modo, vel per liberalem resignationem per dictum Johannem faciendam, de ipsa in partibus illis vacaret, cum omnibus juribus et pertinentiis suis donationi apostolicae per nostras certi tenoris litteras specialiter duximus reservandam, prout in eisdem litteris plenius continetur, certis tibi super hoc per alias nostras litteras executoribus deputatis. Verum quia, sicut postmodum ex tua insinuatione didicimus, tu circa vacationem dictae Scolastriae per viam fraudulentae permutationis seu alias intervenire dolum et fraudem, prout jam attemptatum extitit,

verisimiliter dubitas, praesertim cum idem Johannes tonsuram clericalem non deferat sed vitam ducat potius laicalem: Nos volentes dolo et fraudi hujusmodi obviare, ac personam tuam praemissorum obtentu gratia prosequi ampliori, tuis supplicationibus inclinati dictam Scolastriam, cum eam altero praemissorum modorum seu per viam permutationis vel quovis alio modo, praeterquam per obitum dicti Johannis, vacare contigerit, conferendam tibi cum omnibus juribus et pertinentiis praelibatis donationi apostolicae specialiter reservamus, districtius inhibentes venerabili fratri nostro... episcopo et dilectis filiis. Capitulo Cracoviensibus, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos in eadem ecclesia dignitatum, personatuum et officiorum ac beneficiorum collatio, provisio seu quaevis alia dispositio pertinet communiter vel divisim, ne de Scolastria ipsa per nos taliter reservata disponere contra reservationem nostram hujusmodi quoquomodo praesumant, ac decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus quibuscunque statutis et consvetudinibus ejusdem

ecclesiae, juramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate aut roboratis, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis.....

Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostrae reservationis, inhibitionis, constitutionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione II Kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

10580

1328 d. 7 Aprilis

Joannes Dux Oswiecimensis villam Lencze Michaelis abbatis Tyniecensis, in Ducatu Oswiecimensi ad decursum 6 annorum ab exactionibus libertat. ~~[illegible]~~ In Oswiecim VII Idus Aprilis 1328.

Kętrzyński: Kodex tyniecki str. 87 N° 49. — Invent. B. 3.

Johannes dux Osswencimensis cum Effrosia matre sua significat, quod Wischo plebanus in Lesnize accedente voluntate sororis suae Elisabet ~~uxoris~~ Marci Radwanitae, consentit in venditionem villae Woysnic (Woźniki) monasterio de Clara tumba alias Mogiła.

Datum in Osswencim A. 1328, XVIII Kalend. Decembris (d. 14 Decembris), Praesentibus Gothardo judice curiae nostrae, Bogusthone Rogale, Martino de Smolize, Wawrincone de Witkowize, Dobessio de Weprs, Goswino advocato nostro Osswencimensi, Alberto plebano de Kant, Johanne plebano de Muchais capellano nostro, Stephano nostro flodario.

Oryg. pergam. w Mogile; pierwsza pieczęć urwana; druga xiężny Eufrozyny z zwyczajnego wosku na niciach zielonych jedwabnych (jak z r. 1324)

druk. w Kodex Mogil. Nr. 56 str. 44.

Concordia coram Notario publico inter Michaelem abbatem Tinciensem et Stephanem abbatem de Clara tumba ratione villa Wosnik facta, ita quod jus patronatus ecclesiae in Wosnik et quidquid est ab ista parte Skavae videlicet sortes sive sint in campis pratis rubetis vel silvis, item sors quae jacet inter Lancen (Łęczany) et Zayanczkovicz super Wislam, viam quae ducit de Ryczow descendendo circa antiquam curiam fratrum de Mogila, ab illa parte rivuli qui nuncupatur Strumen, ita quod quidquid est a sinistris viae praedictae ex nunc ad conventum de Mogila debet pertinere; – et e converso quidquid est a dextris praedicti rivuli et viae praedictae in perpetuum ad conventum Tinciensem debet pertinere. –

Datum Cracoviae Anno 1329, Indictione 12ma, XIV Kalend. Maii (d. 18 Aprilis). – Praesentibus Johanne archidiacono Sandomiriensi canonico Cracoviensi, Sdiskone in Zavichost plebano, Dobessio praeposito et Czader fratribus monasterii Tinciensis.

Oryg. pergam. w Mogile.
Treść w Kodex dipl. mogil. No 56 nota, str. 44.

Joannes Dux Oswiecimensis Zegotae de Benkowice silvam ad fluvium Skawa existentem ultra villam regiam Zembrzyce ~~inscribit~~ colonis locandam confert. — Datum in Oswiecim, die S. Aegidii A. 1333.

In Oswiecim, Anno 1333, die 1 m. Septembris.

Treść w: Inventarium omnium privilegiorum in Archivo Regni confectum A. 1682. Parisiis 1862. 8vo. str. 228.

Druk cały w Piekosiński: Kodex małopolski I. pag. 227. Nr. 192.

Johannes (Grothonis) episcopus Cracoviensis fert sententiam inter Adamum rectorem ecclesiae de Woznik et Johannem plebanum de Muchar, qui eclesian in Wa=dowicz occupavit, diffiniendo quod eclesia de Wadowicz jure parochiali ad eclesiam de Woznik debet pertinere. Actum Cracoviae, A. 133[illegible] [40], feria 4ta post diem Purificationis (die 8 Februarii) – Datum in Radlow 1334, X Kalend. Martii (die 20 Februarii)

Oryg. pergam. w Mogile.

Treść w Kodex dipl. Mogil. №
56 nota str. 44.

110

Hedvigis regina Poloniae (relicta Vladislai Loctici regis) ~~[illegible]~~ Henrico de Grochotowice et Petro de Gosprzydowa facultatem locandae villae Jasenica jure theutonico concedit.

Cracoviae, anno 1335.

In nomine Domini Amen. Ne res gestas aboleat processus temporum, oportunum est, ut ipsas roboret solennis titulus literarum. Proinde nos Hedvigis Dei gratia regina Poloniae universis praesentibus et futuris tenore praesentium esse volumus manifestum: Quod volentes nostri dominii loca nemorosa ad statum transferre aptiorem silvam nostram in fluvio Jasienicza sitam viris providis Henrico de Grochotowicz et Petro de Wola Gotpridi indulsimus extirpandam et jure theutonico collocandam nostri geniti de voluntate et consensu; ratione cujus locationis damus conferimus et donamus

praedicto Henrico et Petro scholtetiam ibidem et eorum posteris ac legitimis successoribus sexaginta mansos franconicos continentem jure theutonico scilicet Novi fori quod Sroda vulgariter nuncupatur. De quibus quidem mansis ipsis scholtetis duos liberos in antea mansos et sextum mansum censualem, tertium denarium de judicio provenientem, tabernam, molendinum, macellum carnium, bancum pannum sutorum et fabricam piscaturam haec praemissa jure haereditario in perpetuum possidenda; etiam mansum pro Skotnicza, clerico medium mansum et pro dote ecclesiae mansum ibidem construendae. Ut autem iidem scholteti in locatione sua proficere valeant, omnibus qui ad inhabitandum ibidem venerint, damus et concedimus plenam per viginti annos inclusive et omnimodam libertatem; expirata vero libertate quilibet colonus de quolibet manso in festo beati Martini octo scotos grossorum usualium annis singulis nobis solvent et pro decima sex scotos; prandia quae in anno fieri solent incolae duo nobis facient et scholteti unum.

Servitia vero ipsi scholteti ea nobis facient, quae scholteti aliarum nostrarum villarum facere consueverunt. Praeterea volumus quod jus theutonicum in omnibus parvis et magnis in ibidem observetur, liceat etiam ipsis scholtetis scholtetiam suam praedictam vendere, donare, commutare et alienare pro ipsorum libito voluntatis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum et datum Cracoviae Anno M°. CCC. XXX quinto, Praesentibus his nobilibus nostris Spicimiro castellano, Johanne judice, domino Petro scholastico, Crinosando, Nicolao dicto Lela subcamerario cracoviensi et aliis pluribus fide dignis.

(Oblatum per honestum Jacobum Jasienski filium ol. honesti Stanislai Jasienski posessoris scultetiae in villa Jasienica ad capitaneatum Lanckoronensem pertinente ad acta castr. craiov. sabbato post dominicam Judica 1598. Libr. Relat. Tom. 25. ubi memoratur originale in pergameno cum sigillo pensili extitisse.)

1335 d. 28 Maii.

Kazimirus Poloniae rex cum Carolo Bohemiae regis primogenito marchione Moraviae treugas ad decursum unius anni incipiendo a festo b. Johannis Baptistae proxime instante init, promittens treugas cum baronibus, nobilibus et fidelibus nostris treugas irrefragabiliter servare, includens praedictis treugis Karolum Hungariae regem, Premislium Siradiensem et Wlodkonem Lanciciensem duces. Causae contra violatores treugarum ex parte regis Poloniae judicabuntur super illatis damnis et satisfactione juxta bonorum virorum arbitrium infra decursum duorum mensium in Kalisz et ex parte Marchionis Moraviae in civitate Wratislaviae, ad quae judicia nuntiis ambae partes liberum accessum ex Barcz (na pograniczu Polski) in civitates Kalisz et Wratislaviam promittunt. —
Datum in castro Sandomiriensi die dominico infra Octavas Ascensionis Christi A. D. 1335. Testes: Spitimirus castellanus Cracoviensis, Mistevius Sandomiriensis, Nicolaus Sandomiriensis palatini, Petrus Sandomiriensis, Mistigneus Radomiensis castellani, Crinosandius Cracoviensis et Henricus Sandomiriensis subcamerarii. (Treść)

(Oryginał w archiwum cesarskiem w Wiedniu — druk. w Chytil: Codex diplom. Moraviae VII. 41 — Ludewig Reliquiae Mss. V. 596. — Treść w Emler: Regesta diplomatica Bohemiae et Moraviae Pars II. pag. 63, Nr. 164.)

Plenipotentes Casimiri Magni regis Poloniae nomine ejus renuntiant ~~[illegible]~~ omnibus juribus proprietatis et dominii, quoad ducatus Silesiae, inter quibus etiam dominia Joannis Ducis Oswentimensis et Wladislai de Teschin continentur, in favorem Johannis Luxemburgensis regis Bohemiae, ejusque filii Caroli Marchionis Moraviae.

In Trenczyn, Anno 1335, die 24 m. Augusti.

Spitko castellanus, Sbigneus praepositus Cracoviensis, (Tresč) Petrus castellanus Sandomiriensis, Thomas de Zaiuniczko et Nimissa (Niemiera) Mandrossa procuratores Casimiri regis Poloniae, in favorem Johannis Bohemiae regis, eiusque primogeniti Caroli marchionis Moraviae, intuitu Caroli Hungariae et Casimiri Poloniae regum, renuntiant omni iuri, proprietati, dominio et titulo regni Poloniae in ducatibus Silesiae, quorum Duces subiecerunt se regi Bohemiae, videlicet in terris Vratislaviae et Glogoviae, item in ducatibus et districtibus, quos possident duces Boleslaus, Lignicensis et Bregensis, Henricus Saganensis et Crosnensis, Conradus Olsirensis, Johannes Stinaviensis, Slesiae duces Bolko de Opol, Bolko de Falkenberg, Albertus de Strelicz, Wladislaus Cozlensis et Bitumiensis, Wenczeslaus princeps Masoviae dominus in Plotzk, Lezko de Rathbor, Johannes Osventimensis

et Wladislaus de Teschin. Insuper promittunt sub fidei praestito iuramento, quod rex Poloniae praemissa omnia hinc infra festum beati Galli proximum ratificabit literis suis patentibus. — Datum et actum in Trencinio, Anno Domini 1335 in festo beatissimi Bartholomei Apostoli.

(trzy)

Cały dokument druk. w Ludewig: Reliqu. V. 599. — Somersberg Scriptores rerum Siles. I. 774. — Cod. dipl. Moraviae VII. 56. — C. Grünhagen und H. Markgraf: Lehns und Besitzurkunden Schlesiens und seiner einzelnen Fürstenthümer im Mittelalter. I Theil. Leipzig 1881 (Publicationen aus den K. Preussischen Staatsarchiven. VII Band) pag. 3.

Johannes rex Bohemiae, comes Lucemburgensis, ducatum Rathiboriensem post decessum olim Leszkonis ducis Rathiboriensis (+1336) confert in feudum Nicolao duci Oppaviae et Rathiboriae (synowi Mikołaja I księcia opawskiego urodzonego z nieprawego łoża Przemysla Ottokara króla czeskiego) licet constituti in praesentia regis duces Wladislaus Bithumiensis, Kazimirus Tessinensis, Boleslaus Falkenbergensis, Bolko Opoliensis, Albertus Strelizensis et Joannes <u>Oswecinensis</u> asserebant, ducatum Rathiboriensem ad se jure haereditario successionis legitime pertinere jure polonicali. Sed Johannes rex Bohemiae dirimens hanc causam, decrevit non iure Polonicali sed feodali esse procedendum et dictum ducem Nicolaum de terra Rathiboriensi cum civitate et castro, item civitatibus Zar, Plessina et Loslaw, castro Ribnik cum oppido, una cum ducatu Oppaviae investivit iure feudali. — Wratislaviae, feria tertia proxima post octavam Epiphaniae (d. 11 Januarii), 1337.

druk. w Grünhagen u. Markgraf. II pag. 380 N°2.
(podług Registrum Wenceslai, kopiarza rękopism. z XVI wieku w bibliotece uniwersyt. w Pradze.)
/: Mikołaja księcia raciborskiego popierali w tej sprawie Henryk książe Bawarski, Jan biskup ołomuniecki, Bolesław III książe wrocławsko-lignicki i panowie czescy: /
(Równocześnie obiecał Jan Król czeski ~~ob~~ bronić Mikołaja księcia raciborskiego przeciw roszczeniom pretendentów książęcych śląskich w Wrocławiu d. 14 Stycznia) II. p. 383 N°3.
i zniósł prawo polskie w tej mierze, polecając słuchać prawa niemieckiego feudalnego w Raciborskiem.

Jan I książę Opawski i raciborski (+ około 1379) syn Mikołaja II. okupując pokój od swych pretendentów górnośląskich, r. 1375 d. 14 Kwietnia, odstąpił w małej summie Władysławowi Księciu Opolskiemu, Wieluńskiemu i Ruskiemu obwody Mikułajowicki i Pszczyński (Plessnensem) z miastami i zamkami. W Bernie d. 14 Kwietnia 1375. (Grünhagen u. Margraf II. pag. 388 N.o 8)
– Przemysławowi (Nossakowi) Księciu Cieszyńskiemu i jego bratu Ziemowitowi przeorowi Joannitów w Polsce i Czechach r. 1378 odstąpił miasto Żarów (Sohrau) z wsią Pollowitz (Pallowitz Kreis Rybnik) (II. pag. 388 N.r 9)

Casimirus magnus rex Poloniae volens obviare calamitatibus quae inter Johannem Bohemiae regem, Carolum ipsius primogenitum Marchionem Moraviae parte ex una et Regnum Poloniae parte ex altera, agebantur, recognoscit, se nullum ius proprietatem vel iurisdictionem habere nec competere, super terris vel ducatibus quos possident Boleslaus Lignicensis et Bregensis, Heinricus Zaganensis et Crosnensis, Conradus Olesnicensis, Johannes Stinaviensis Slezie duces, nec non Bolko Opoliensis,*) Bolko de Falkinberch, Albertus de Strzielecz, Wladislaus Thessinensis duces, Wladislaus Cozlensis et Bitomiensis, Wenceslaus princeps Mazoviae dominus in Ploz(k), Lesko Ratiboriensis /: ten umarł r. 1336 - widać że wypisany z dokumentu plenipotentów polskich z r. 1335 :/ et Johannes Oswietimensis duces et vasalli eorum nec non civitates Wratislavia et Glogovia, et promittit sub fide praestiti iuramenti illos duces nunquam molestare. - Cracoviae, in Octava Purificationis S. Mariae V. (d. 9 Februarii) 1339.

Oryginał na pergaminie w Archiwum cesarskiem w Wiedniu. Na czerwonych jedwabnych sznurkach pieczęć Kazmierza W. z jednej i z drugiej strony (takie jak w Zebrawskim No 32 i 33. - druk. w Grünhagen u. Markgraf: Lehns und Besitzurkunden Schlesiens I pag. 4. n. 2.

*) Następujący książęta górnoszląscy, dopiero po r. 1339 zaczęli się pisać szląskiemi, dawniej zwali się polskiemi dla różnicy od niższoszląskich.

Boguslaus abbas tinecensis villam Gotkowice Heynczmanno pellifici cracoviensi vendit.

Tineciae, anno 1340, die 29 mensis Martii.

Nos Boguslaus miseratione divina abbas, prior, praepositus, totusque conventus monasterii Thiniciensis Cracoviensis dioecesis ordinis Sancti Benedicti, volentes, ut tenemur, conditionem praedicti nostri monasterii in ampliandis ejus fructibus reddere meliorem, villam nostram seu sortes agrorum nostri monasterii Goliczowicz vulgariter nuncupatam super fluvium Vilka sitam seu sitas, de qua villa sive agris quasi nulla vel modica nobis vel nostro monasterio utilitas hactenus proveniebat ad meliorationem

praefati nostri monasterii et ampliationem redditnum ejusdem, discretis viris Heynczmanno pellifici civi Cracoviensi, et Jacobo, Johanni et Dominico filiis Nicolai ibidem de Golicowicz cum omnibus agris, pratis, pascuis, lignis, silvis, piscinis, molendino, taberna, fluvio, piscariis, piscaturis, mentonibus, censibus, judiciis redditibus, fructibus, utilitatibus, juribus et quibusvis obventionibus, prout in suis limitibus distincta est, et prout eandem villam seu sortes agrorum hucusque habuimus, tenuimus et possedimus, pacifice et quiete, pro triginta marcis grossorum argenti ponderis usualis vendidimus et venditionis titulo donamus, tradimus et assignamus per ipsos Heynczmannum, Jacobum, Johannem et Dominicum ac per eorum haeredes, haeredumve successores in perpetuum libere et quiete habendam, tenendam et pacifice possidendam, nobis nullum jus vel dominium in dicta villa ulterius reservantes, ita quod praefatus Heynczmannus

et sui haeredes medietatem, ipsi vero Jacobus, Johannes et Dominicus ac eorum haeredes ali=am medietatem dictae villae agrorum, pra=torum et aliorum utilitatum praedictarum possidebunt, hoc addito quod ipsi Heyncz=mannus, Jacobus, Johannes et Dominicus ac eorum haeredes seu successores in dicta villa nobis et monasterio nostro praedicto annis singulis in futuro tres marcas gros=sorum argenti monetae currentis in festo beati Martini pro censu et nomine census solvere de dicta villa perpetuis temporibus futuris tenebuntur. Quapropter nos eandem villam cum suis limitibus et juribus praedic=tis, nec non dictos Heynczmannum, Jacobum, Johannem et Dominicum ac eorum haeredes seu successores, kmethonesque ipsorum, nec non quoscunque alios in ipsa villa manentes, morantes et inhabitantes eximimus et li=beramus et exemptos esse volumus ab om=nibus angariis, praeangariis, censibus, juva=cionibus, solutionibus, expeditionibus et ser=vitiis quibuscunque, promittentes eosdem

Heynczmannum, Jacobum, Johannem et Domi-
nicum ac eorum haeredes seu successores
cum dicta villa in istis etiam regalibus cas-
tellanorum, palatinorum, camerariorum et
quorumcunque officialium angariis, praean-
gariis, judiciis, expeditionibus, injuriis et
omnibus et singulis aliis servitiis, sicut ali-
as nostras villas, haereditates et bona nostra
facimus et facere consvevimus susportare et
firmiter in perpetuum ab omnibus ejusdem
injuriis et molestiis protegere, defendere et
gubernare eorum tamen sumptibus et expen-
sis. Damus etiam et concedimus praedictis
Heynczmanno, Jacobo, Johanni et Domi-
nico et eorum haeredibus seu successoribus
et cuilibet eorum in parte sua praedictam
villam vel partem ejus possidenti, quod unus
alteri vel extraneo cuicunque et quandocun-
que voluerit, vendendi, donandi, permutandi
et alienandi liberam habeat potestatem, ei ta-
men, quem nos abbas et conventus duxerimus
acceptandum, ita tamen, quod emens vel pos-
sidens ipsam villam nobis et monasterio

nostro praedicto praedictas tres marcas grossorum in termino praedicto annis singulis solvere tenebuntur: quae tres marcae si solutae in festo beati Martini praedicto non fuerint, quodextunc nos pignora sine omni contradictione recipere possumus pro eisdem. Volumus etiam ut ipsi Heynczmannus, Jacobus, Johannes et Dominicus eorumque successores conventi super excessibus per eos in dicta villa commissis respondere debeant coram nobis. In quorum testimonium praesentem literam nostris sigillis duximus sigillandam. Datum et actum in monasterio nostro praedicto Quarto Kalendas Aprilis, Anno Domini M° Tricentesimo quadragesimo, Praesentibus Johanne priore, Thobia praeposito, Clemente custode, magistro Czadrone et aliis conventus ejusdem quam pluribus fide dignis.

(Oblatum feria 5a post f. S. Michaelis arch. 1444 in Colloqvio generali castri cracov. per Sbigneum de Grodkowice contra Bogdalum abbatem de Thinecz, in pergameno cum sigillo abbatis et conventus. — Libr. Colloqv. castri cracov. Tom 10.)

1341 d. 20 Decembris 120

Joannes Dux Oswiecimensis, monasterium Tinecense ab omnibus judiciis Ducatus libertat. – In Oswancim 1341 in vigilia b. Thomae.

Kętrzyński: Kodeks tyniec. p. 99 n° 59 – Szczygielski: Tinecia pag. 65 (sub anno 1344) – Invent. B. 5.

Casimirus Magnus Rex Poloniae Hinkoni Wilhelmi Magistro montium et Hinkoni Pauli civibus Vielicensibus facultatem jure theutonico locandae civitatis Myślenice confert.

Cracoviae, Anno 1342, die 11 mensis Novembris.

W imię Boże Amen. Prawdziwie godna i sprawiedliwa rzecz jest, iż co Xiążęca władza czynić zwykła, statecznie i nieodzownie a mocnie na wieki ma być wcale zachowano. A tak My Kazimierz z Łaski Bożej Król Polski wszystkim tak niniejszym, jako i na potym będącym zeznawamy jaśnie oznaczając: iż mężom opatrznym i uczciwym Hinkowi Wilhelma Mistrza Gór natenczas żyjącemu i drugiemu Hinkowi rzeczonego Pawła synom, mieszczanom z Wieliczki, Sołtystwo nasze we wsi Myslenicach rzeczonej, ze wszystkim prawem, z starodawna należącym do tego Sołtystwa, nic zgoła prawa pożytku sobie niezachowując, przedaliśmy za...... grzywien groszy praskich w Królestwie naszém idących, i wzdaliśmy za poradą dostateczną Pana Spiczymira

krakowskiego Kasztelana, to Sołtystwo dzierzeć, mieć i z ich dziećmi albo potomkami dziedzicznie na wie=ki trwające. Także w tych Myślenicach Prawo Polskie na Prawo Niemieckie, które Maydeburskie jest rzeczo=ne, przenosząc albo przemieniając, a te pożytki albo dochody temu to Wojtostwu przydajemy, to jest dwie wsie polskie Myślenice rzeczone, z zupełnym prawem ich tak jako w swych granicach i mie=dzach, w okrągłości są zamierzone. Nadto dajemy i pozwalamy tymto Sołtysom zupełną władzę i moc lasy kopać i osadzać z obu stron rzeki Raby i Bysiny rzeczonych, z Łanami frankońskiemi sto albo i więcej, jeżeliby być mogły osadzone przez teto Sołtysy w granicy albo zamierzeniu przerze=czonej wsi Myślenic pod Prawem Niemieckim al=bo Maydeburskim wyżejopisanym, z których Ła=now tymto Sołtysom cztery Łany wolne, dwa w ro=lach już wyprawionych, a drugie dwa na lesie, dla paszy pospolitej dwa, a Kościołowi który tam jest zbudowan, jeden Łan wolny naznaczamy; który to Kościoł albo ten kto go dzierzeć będzie i rządzić, za Karczmę, którą dotąd miał, od Sołtysów półtory grzywny, a od Kasztelana czynsz z Łanów, ileby ich było, na każdy rok weźmie bez wszelakiego przeciwieństwa

na mieć i zaraz brać powinien. Którzy to Sołtysi z każdego tych czterech łanów, po wyjściu wolności, która niżej jest opisana, będą płacić za dziesięcinę wolnie po wiardunku, dając wszystkim obywatelom od wszystkiego naszego płacenia, wybierania, skła=dania albo i wszelakiego inszego układania pols=kiego, którembykolwiek imieniem było nazwano, i od płacenia czynszu Kasztelanowi przerzeczone=mu Dwadzieścia lat na twardym lesie, a na chros=cie Szesnaście, a na gołej orzy Dwie, wszelaką i doskonałą wolność, od Święta Świętego Marcina blisko przyszłego zupełnie rachując. Która wol=ność gdy wynidzie, obywatele albo kmiecie na każ=dy rok każdy z łanu swego będzie powinien dać dziewięć skotów groszy za czynsz na Święto Świętego Marcina, jednę miarę żyta i owsa drugą płacić będą powinni, a gdzie indziej przerzeczonego zboża nie wozić, jedno na dziedzinę przerzeczoną człowieko=wi przez tegoż Kasztelana do tego danemu albo naznaczonemu oddawać. Item, jeżelibyśmy pobór pospolity uchwalili w ziemi naszej, kmiecie wyżej opisani nie z domów albo ogrodów, ale z łanów ten pobór po wyjściu wolności wyżej opisanej płacić będą powinni. Do tego wzwyż przerzeczonym Sołtysom młyny i stawy budować i stawić ileby ich

mogli w granicach wsi przerzeczonych wolnie za pozwoz leniem naszem dozwalamy, z których nikomu inszemu, jedno do zamku bez brania miary mleć będą powinni. Karczm ile będą chcieć w tejże wsi Myślenicach mieć mogą, piwo i miod w nich wedle obyczaju ziemskiego miarę ustawiać. Jeszcze przydajemy tymto Sołtysom i ich potomkom dom rzeźniczy, który zowią Kutlhof i wszystkie jatki rzeźnicze, stoły szewcze i piekarskie komory, kramnice i chlebne ławy, ogrody, kowale, domy jeden myśliwczy a drugi rybitwy, także domy budować wszelakie myśliwstwo ptaków, z barciami pszczół, ze wszystkiemi pszczołami Sołtystwu przerzeczonemu, gdzieby jeno role być nie mogli, żołądź i bukiew na własny pożytek będą mieć. Też jezioro pod górą którą zowią Bozręta, i wszystkie łąki około niego leżące na się otrzymują, i wszelakie inne pożytki w témto swém Sołtystwie, któreby mogły być wymyślone, przerzeczone Prawo Magdeburskie dopuszcza im społecznie dzierżeć, które wszystkie rzeczy mają być wolne od wszelakiego płacenia, wybierania podatków, uchwał, datków, służb i inszych dolegliwości i Praw polskich jakiemkolwiek imieniem nazwanych. Też od Krowy, Owcy, Jaja i od Podwód albo Przewod rzeczonych, i od każdej innej daniny ma być wolne. Item, wymierzywszy role i one wyprawiwszy, ostatki wszystkie i młyńskich albo innego kamienia kopanie wolne im być ma. A gdyby kiedykolwiek Kmiecie wyżejopisani o robotę na zamek byli upomnieni, tedy niebędą powinni żadnym

obyczajem robić. Też gdyby myśliwcy nasi albo Kasztela-
na przerzeczonego zwierze w lesie zostawili, też kmiecie
przerzeczone zwierzów szukać i też wywozić przymuszać
nie mają. Item, Sołtysi przerzeczeni gdyby pieniądzmi
własnemi do Węgier kupczyli, tedy od płacenia myta
tamże w Myślenicach mają być i są wolni. Nadto jesz-
cze jeżeliby kiedy przerzeczoni Sołtysi albo ich potom-
kowie miasto na ich Sołtystwie budować chcieli,
z przyzwoleniem naszem będą mieć w tém mieście
wszystkie prawa miejskie i kupiecki skład z obwo-
łaniem targu dni słusznych. Chcemy też aby żaden
z Wojewod, Kasztelanów i których inszych Sędziów
Królewstwa naszego kmieci wsi przerzeczonéj o
którąkolwiek sprawę, albo sprawy wielkie i małe, bądź
o złodziejstwo, zabicie, członków ochromienie i inszych
wszystkich przypadków sądzić ich niemają, jedno
Sołtysi przerzeczoni i ich potomkowie, i nie inszem
prawem, jedno niemieckiem to jest magdeburskiem.
A Sołtysi też wyżej namienioni i ich po nich będący
przed przerzeczonym Kasztelanem, Wojewodą i Sędzmi,
którzy natenczas byliby, żadnym obyczajem odpowia-
dać niebędą powinni, jedno tylko przed Nami sta-
ną i nie inaczej osobie skarzącemu, jedno prawem
niemieckiem magdeburskiem jako opisano jest, odpo-
wiadać mają. Dajemy też tymto Sołtysom i ich dziedzi-
com szósty pieniądz czynszowy, a trzeci rzeczy osądzonéj.

Item, jeżeliby który z kmieci wsi wyżej namienionej, albo kto obcy do Dworu naszego ciągnąć się, chciał mimo sąd albo prawo wsi przerzeczonej, tedy pierwej tam w sądzie pięć wiardunków położyć ma. Chcemy też aby ci Sołtysi i ich potomkowie po wyściu wolności, na każdą wyprawę Królestwa naszego w lekkiem ubraniu zbrojnem, w pancerzu, z oszczepem, w przyłbicy żelaznej, a na koniu sześć grzywien kosztującym, pod chorągwią Kasztelana przerzeczonego, Nam i naszym potomkom służyć będą powinni. Item, obiecujemy i ślubujemy przez niniejszy list pospołu z Kasztelanem wyżej opisanym, żadnego młyna ani karczmy w granicach przerzeczonego dziedzictwa niechcemy stawiać ani budować ku szkodzie i ubliżeniu przerzeczonych Sołtysów, i także roli zgoła nic do zamku także w granicach przerzeczonego dziedzictwa niezachowujemy. Ustawujemy też, iż tento Kasztelan człowieka swego do Wielkiego Sądu, który Sołtysi wedle obyczaju mieć mają trzykroć na każdy rok, posyłać ma, któremu kmiecie na tych Sądziech za dwa objady jednę tylko, a Sołtysi za trzeci obiad półgrzywny także na każdy rok dawać mają po wyściu wol=

nośći. Potym też chcemy i ustawujemy, iż żaden pleban albo rządziciel Kośćioła we wsi często omienionéj żadnéj Karczmy mieć nie ma ani budować w dobrach przerzeczonych. Nadto jeszcze przydawamy i tak przez niniejszy skazujemy, iż Sołtysi wyżéj namienieni z swojemi potomkami ze wsi Polonki rzeczonéj i z inszych, Któreby nowo aż do granice Węgierskiéj osadzili, służbę takową, jako wyżéj jest omieniono, Nam i potomkom naszym czynić będą powinni. Względem Którego osadzenia dwa Łany w każdej wsi z tych osadzonych, i insze wszystkie rzeczy Które z prawa są, mają należeć na Sołtysy przerzeczone, także wiecznie mieć będą i wolne, jako się opisało, ci Sołtysi i ich potomkowie trzymać będą. Obiecujemy też to dziedzictwo Myślemice przez Nas albo Pany nasze ograniczyć. Nadto Kasztelan przerzeczony albo jego poseł wsi wyżéj przerzeczonej Kmiecie o sprawy wielkie albo małe występki i o winy Które-kolwiek, przez samego siebie nigdy nie ma więzić albo ciążać, jedno społem Sołtysów przerzeczonych i ich potomków na to osobliwie zestanych. Dozwalamy też Sołtysom często namienionym i ich potomkom Sołtystwo często namienione przedać, darować, zafrymarczyć i na pożytek własny

jakokolwiek obrócić, jako się im najpożyteczniej i najlepiej będzie widziało, tak pospołu jako i rozdzielnie. A izby takowe nasze przedanie trwałe i mocne zostało i było, List przerzeczony na to daliśmy pod pieczęcią naszą i Kasztelana przerzeczonego potwierdzony, na świadectwo Listu niniejszego i w nim wszystkiego opisanego niniejszych i napotym. Działo się w Krakowie, w dzień Świętego Marcina biskupa i spowiednika, Roku bożego Tysiącznego trzechsetnego czterdziestego drugiego; Będących natenczas Piotra Nosala sandomirskiego, Andrzeja wiślickiego, Mikołaja Wera podstolego sandomirskiego, Jana Jurę podkomorzego krakowskiego i inszych wiarygodnych. Dan przez ręce pana Zbigniewa proboszcza krakowskiego i Kanclerza Dworu naszego.

(Ex Confirmatione Stanislai Augusti Regis Pol. data Varsaviae, d. 19 Junii 1766, ubi memoratur latinum originale hujusce privilegii per conflagrationem oppidi tempore hostilitatis deperiisse, tantum translationem polonicam in libro Actorum civilium oppidi Myślenicensis Anni 1549 extare.)

Joannes dux osviecimensis judicibus et officialibus ducatus sui mandat ut causas delictorum per Bogussium abbatem monasterii tyniecensis ordinatorum judicare non praesumant.

Osviecimi, 1344, die 20 Decembris.

Joannes Dei gratia dux osueciemensis Fidelibus suis judicibus, subjudicibus, advocatis et aliis omnibus officialibus tam in seculari quam in spirituali judicio ducatus sui praesidentibus gratiam suam et omne bonum. Mandamus vobis firmiter et districte gratiae nostrae sub obtentu, quatenus religiosos viros dominum abbatem et suum conventum et suos familiares Tinecenses in causa contractionis debiti, et in rapinis, furtis, spoliis, venditionibus villarum vel scultetiarum et quibuscunque aliis factis quae sunt facta vel ordinata per Bogussium olim abbatem ibidem Tinecensem, judicare vel ipsos ad aliquam poenam condemnare non praesumatis, quarulantibus vero perpetuum silentium de dictis fratribus imponentes et hoc perpetuo tenentes. In cujus rei testimonium ad obediendum firmius nostris mandatis vobis in his scriptis factis et tenendis nostrum sigillum est appen-

rum. Datum Osuecimeni in vigilia beati Thomae apos=
toli, Anno Domini MCCCXLIV.

Henricus abbas monasterii tyniecensis scultetiam in villa Zborowice vendit Petro sculteto de Lipnik.

Tyniec 1345.

In nomine Domini Amen. Quoniam ab humana memoria res gestae annorum revolutione continua et temporum vicissitudine de facili prolabuntur: quare non improvide est inventum, ut haebeti memoriae hominum scripturarum testimoniis prout est possibile succurratur. Hinc est quod nos Henricus Dei ~~gratia~~ et apostolicae sedis providentia abbas monasterii tyniciensis ordinis sancti Benedicti totusque conventus ejusdem ecclesiae reformationi ipsius monasterii non modicum intendentes de consilio proborum virorum et consensu fratrum nostrorum vendidimus scultetiam in villa nostra Zborowici dictam discreto viro Petro sculteto de Lipnik pro XL. marcis grossorum monetae usualis sibi ac suis posteris perpetuo possidendam. In qua scilicet villa donamus eidem Petro ac suis pueris duos mansos liberos, tabernam construendam, piscinam, molendinum, macellum panis carnium unum et unum sutorum, piscationes liberas ac venationes, sextum

denarium de censu et tertium de judicio cum omnibus libertatibus quas habere solent alii sculteti hujus regni secundum jus maydeburgense et communem consvetudinem aliorum nostrorum scultetorum. Concedimus insuper incolis ejusdem villae de cultis agris trium annorum de sylva vero XX annorum libertatem, post quorum revolutionem de quolibet manso VIII scotos dare tenebuntur; pro decima vero a primo anno usque ad vicesimum de cultis agris pariter cum rubetis mansuatis de singulis mansis per fertonem nobis dabunt, post decursum vero XX annorum et expirata libertate et mansuata haereditate saepedicta de quolibet laneo ut supra dictum est, per octo scotos pro censu et pro decima fertones nobis dare sint astricti. Ceterum tria prandia in anno quolibet et honores in Christi nativitate et in Pascha secundum consvetudinem per unum grossum de manso quolibet nobis dabunt. Damus etiam eisdem pro pascuis unum mansum et ad ecclesiam ibidem construendam pro nostra salute unum mansum. Donamus insuper saepedicto Petro ac ipsius posteris plenam libertatem vendendi, alienandi, exponendi et commutandi praedictam sculteciam quoties voluerit, nostro tamen cum assensu. Insuper scultetus saepedictus armatus servire tenebitur nostrum ad mandatum. Ad nostram vero curiam duos mansus pro nobis reservamus. Ceterum

si pro nostri monasterii utilitatibus nos contingerit in futurum aliqua construere vel aedificare, nolumus nobis supradicta praejudicare. Et ut haec omnia et singula perpetua maneant stabilitate formata, nec a quolibet successorum nostrorum valeant praepediri: praesentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine ac fratrum nostrorum duximus roborandam. Praesentibus testibus: fratre Joanne quondam abbate Calvimontis, fratre Matthia cellario, fratre Venceslao et fratre Joanne custode et quam pluribus aliis fide dignis. Datum in Tyncia Anno Domini MCCCXLV.

Joannes Grot de Slupcza episcopus cracoviensis concordiam ratione decimae campestris cum incolis villarum Rybna et Przeginia statuit.

Cracoviae 1346, die 29 Decembris.

In nomine Domini Amen. Ratio svadet et aeqvitas ut ecclesiasticae utilitati consulentes in ampliatione fructuum et reddituum ipsius eum teneamus modum aptum et honestum per quem conditio potior redditur ecclesiae et jura ipsius in aliqua parte non molestentur. Proinde nos Joannes divina et apostolicae sedis providentia episcopus cracoviensis notum facimus universis tam praesentibus quam futuris praesentem paginam inspecturis: Quod licet cmetones et incolae villarum videlicet in Rybna et in Przegina multo tempore fuissent authoritate nostra sententia excommunicationis innodati pro eo quod decimam more pristino in campis nobis solvere recusabant, poscentes et toto labore virium nobis humiliter supplicantes, ut pro decima eadem fertones usualis et currentis monetae recipere dignaremur ex causis et rationibus quas pro se allegabant; nos itaque habito consilio et unanimi consensu fratrum nostrorum capituli cracoviensis

eorum humilibus supplicationibus clementer annuentes, praesertim ad instantiam precum venerabilis et religiosi viri domini fratris Henrici dei patientia abbatis monasterii Tynicensis ordinis sancti Benedicti domini temporalis ac providi viri Friczkonis sculteti praedictarum villarum super solutione decimae campestris de araturis eorundem cmetonum talem concordiam fecimus et perpetuam unionem, videlicet quod ipsi cmetones seu coloni de quolibet manso singulis annis semper in festo beati Martini nobis nostrisque successoribus ratione decimae praedictae per octo scotos grossorum boemicalium, unam mensuram tritici et unam mensuram siliginis qualibet occasione postposita dare et solvere perpetuo tenebuntur. Nuntio vero nostro quem ad colligendum dictam pecuniam duxerimus destinandum mettertio tempore quo eandem pecuniam exigit expensis necessariis pro personis et equis eorum providebunt; praedictas autem mensuras curribus ipsorum in Lypow castrum nostrum deducant. Quod si ipsi vel aliquis eorum pecunias solvere aut frumenta in Lypow praesentare quoquomodo neglexerint infra octavas sancti Martini praedicti, extunc praefati coloni non solventes infra alios VIII dies per dimidiam marcam ejusdem pagamenti et monetae nobis nostrisque Successoribus solvere debebunt et ad id per sententiam excommunicationis et per ipsum scultetum et per ejus successores compellentur. Ad quae omnia memoratus scultetus cum sex scabinis Matthia, Henrico Tycznar, Heynkone sartore, Rudol=

pho, Petro et Thoma pro se et suis vicinis universis praedictarum villarum colonis sponte et libere se submiserunt et astrinxerunt perpetuis temporibus firmiter adimplenda. Volentes insuper cum sculteto et ejus posteris gratiam facere specialem meritis et precibus ejus propulsati et ut in exactione praedictae pecuniae decimalis diligentiam operosiorem valeat adhibere: duos mansos ipsius speciales de nostra mera liberalitate a solutione tam pecuniae quam frumenti liberos facimus et exemptos. In cujus rei evidentiam praesentibus nostrum, nostrique capituli sigilla sunt appensa. Actum et data Cracoviae IV Kalendas Januarii Anno Domini MCCCXLVI. Praesentibus honorabilibus et discretis viris dominis: magistro Petro cantore, Nicolao custode, Joanne thesaurario, Bertholdo cantore visliciensi canonicis cracoviensibus, Gregorio Woynic, Nicolao de Kunow rectoribus ecclesiarum et aliis multis testibus fide dignis.

Henricus abbas monasterii tyniecensis cuidam Nicolao concedit facultatem locandae villae jure teutonico in silva juxta villam Dęborzyn.

Tyniec, 1349, die 30 Junii.

In nomine Domini Amen. Quoniam ea quae aguntur in tempore simul labuntur cum tempore, nisi scriptis authenticis et enucleatione testium perennentur ad memoriam posterorum: Proinde nos Henricus divinae et apostolicae sedis providentia abbas monasterii Tyniecensis de communi consensu fratrum nostri conventus, volentes bona nostri conventus ac monasterii ampliare, silvam nostram super rivulum Wencernica juxta villam Damborzyn damus et conferimus Nicolao locandam jure theutonico quotquot mansos poterit ibi extirpare adjunctis agris sub certis terminis in subsidium sibi adjiciendo jus maydeburgense et mansos franconicos ei attribuendo duos mansos liberos, tabernam, mensas panum, sutorum, carnificum. Et quia molendinum in suo rivulo praenominato habere non potest, eidem Nicolao et suis posteris pro adminiculo necessitatis sibi attribuimus super rivum Lubeza molendinum aedificare superius pontem, qui transiturus est superius a villa jam nominata

agrum retro fluvii, ex alia parte vero staianie; pro deci=
ma fertonem solvant et octo scotos pro censu dare tenebun=
tur tamquam in silva deserta. Tertium denarium ei in ju=
dicio conferimus nobis duos reservantes; sextum de omni
censu obtinebit, nobis quinque reservantes; piscinas libe=
ras cum piscibus; et si quis in aliquo crimine deprehensus
fuerit, videlicet in furtu, homicidio et aliis quibuscunque
excessibus, ipse scultetus cum suis scabinis in praedicta
villa, prout jus maydeburgense requirit, ipsum jure suo
theutonico habeant judicare et juxta poenam quam meruit
secundum jus maydeburgense habeant punire in sua jam
Ut autem in praemissa omnibus et singulis
incolis et cmetonibus, villanis qui se locaverint,
a tempore locationis damus et concedimus et
omnimodam libertatem, eximentes etiam scultetum
una cum hominibus ~~[illegible]~~ seu incolis villae prae=
dictae ab omnibus servitiis nec non et judiciis polonica=
libus negotiis quibuscunque
alio habens juri pareri nisi coram sculteto suo, scul=
tetus autem coram nostro judicio provinciali suo scul=
tetorum tunc de se quaerulantibus non aliter, quam suo
jure theutonico Nuntium vero nostrum
ter in anno in judicia generalia solvant, re=
cipient et eidem nuntio pro expensis sex grossos pro=
curabunt. Scultetus semel vero et bi=
na vice sint astricti. Damus etiam sculteto praedicto
in pascuis in lignis pro structura domus seu
aliis necessariis in nostra silva Damborzyn. Scultetus

autem serviet nobis ad expeditionem generalem in equo duarum marcarum; si autem aliquo modo non valuerit, extunc tenebitur nobis dare in subsidium mediam marcam. Damus insuper praefato sculteto et ejus successoribus legittimis licentiam donandi, commutandi vendendi vel [illegible] alio quovis modo alienandi scultetiam praedictam nostra tamen ad hoc accedente voluntate et consensu. In cujus rei testimonium nostrum et nostri conventus sigilla praesentibus sunt appensa. Datum in Tyncia Anno Domini MCCCXLIX in Commemoratione sancti Pauli; Praesentibus his testibus: domino Joanne priore, fratre Cedrone, fratre Hermano, fratre Venceslao et aliis multis fide dignis.

Casimirus Magnus rex Poloniae Janussio civi de Dobczyce confert potestatem locandae villae Jastrzębia jure theutonico.

Cracoviae, anno 1350, die 30 mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Cuncta quae aguntur in tempore, ne simul labantur cum cursu temporis, solent testium subsidio, scripturaeque adminiculo roborari. Ea propter Nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae recognoscimus universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: quod volentes utilitates nostri regni perampliùs ampliare: ex nunc damus omnimodam potestatem discreto viro Janussio civi de Dobczyce in nostra sylva densa Smarkawa vulgariter nominata villam jure theutonico

locandi Maydeburgensi removentes ibidem omnia jura polonicalia modos et consvetudines, angarias et praeangarias universas. Quae villa in circumferentiis suis habebit quadraginta mansos franconicos; in qua villa sicdicta Jastramb damus praedicto Janussio posteritatique ipsius in perpetuum scultetiam; ante omnia damus ipsi et successoribus ipsius duos mansos liberos ratione dictae villae locationis et adhaec sextum mansum liberum. Etiam damus pro ecclesia duos mansos liberos, pro pellendo grege quod Skotnica dicitur unum mansum, tabernam liberam praedicto et ipsius successoribus, unam cameram panni, unam sutorum, unam carnium, unam fabrorum, molendina quotquod in fluvio praedicto Smarkawa possunt construi infra limites dictae haereditatis. Habebitque praefatus scultetus et posteritas ipsius omnia facere et exercere, judicare, condemnare ad poenam quamcumque in villa praenotata et villam secundum quod ipsa haereditas in suis circumferentiis est distincta et

limitata, id quod ipsum jus theutonicum postu=
lat et requirit. Et jam jamdicto sculteto et posteri=
tati ipsius praedictam scultetiam cum suis juribus
vendendi, donandi, commutandi quoquo modo alie=
nandi, persona tamen nobis praesentata tribuimus
omnimodam facultatem. Praeterea damus praedicto
sculteto et cmethonibus praenotatis a solutione
census infra annos viginti continuos a data
praesentium et ab aliis omnibus solutionibus,
dationibus, collectis, angariis et praeangariis uni=
versis plenam et omnimodam libertatem: qua
elapsa libertate extunc dicti cmethones nobis
et nostris successoribus ratione census quolibet
anno in festo Sancti Martini per octo scotos
grossorum currentium solvent, pro decima vero
per sex scotos grossorum solvere tenebuntur.
Honores autem jura et alia omnia servitia facient
juxta consvetudinem juris theutonici. Sed scul=
tetus ad nostram expeditionem cum homine in
platthis bene armato tenebitur deservire. Item
jamdictus scultetus et ipsius successores habe=
bunt tertium denarium de tradito recipere, duos

vero pro nobis reservamus. In cujus rei testimonium praesentes scribi et nostri sigilli jussimus communiri. Actum Cracoviae feria secunda post dominicam qua cantatur Factus est Dominus gloria, Anno Millesimo Trecentesimo quinquagesimo, Praesentibus his venerabili maxime patre domino Bodzenta episcopo cracoviensi, Hermano Cujaviensi Floriano cancellariis, Wilczkone castellano sandomiriensi, Petro tribuno cracoviensi et aliis quam plurimis fide dignis et per me datum per manus Tomislai canonici cracoviensis et vicecancellarii cancellariae nostrae.

(Oblat. in Actis castr. crac. fer. 2a post Domin. Jubilate 1678. per Joannem Stanczewicz plebanum in Dobczyce Libr. Relat. Tom. 97 pag. 1015-1017 No. 368 ubi dicitur originale sigillo majestatico cereo in filis sericeis rubeis appenso munitum fuisse.)

Bodzanta Jankowski episcopus cracoviensis erectionem atque dotationem ecclesiae parochialis in villa Tluczań per Derslaum de Stogniewice dapiferum cracoviensem factam confirmat.

Cracoviae, anno 1353, die 27 mensis Julii.

In nomine Domini Amen. Quoniam pastoralis officii debitum remediis jugiter invigilat subditorum in his praesertim, quae cultum divinum et salutem respiciunt animarum: Proinde nos Bodzanta divina et apostolicae sedis providentia episcopus cracoviensis ad petitionem nobilis viri domini Derslai haeredis de Stogneowice dapiferi cracoviensis serenissimi principis domini Casimiri Dei gratia regis Poloniae illustris in villa sua vulgariter dicta Tluczan ad honorem Dei omnipotentis et beati Joannis Baptistae, beati Andreae Apostoli nec non beatae Margarethae virginis patronorum et patronarum fundamus ecclesiam jungentes cmethones in Tluczan, in Koszowa, in Chrzastowicz sive inhabitantes incolas in eisdem villis et rectores ecclesiarum de Marci Poremba, de Czernichow a cura eorundem incolarum penitus absolventes. Caeterum praefatus Derslaus tanquam pius patronus devotione ductus speciali dictae

ecclesiae in Fluczan et rectori ipsius in eadem villa contulit et donavit mansum liberum tabernam circa magnam stratam, piscinam, allodium in Chrzastowicz cum agricultura speciali et cum pratis et pascuis, hortum specialem circa tabernam, decimas vero per aratra sua et per omnia aramina cmethonum ubilibet suorum videlicet in Fluczan, in Koszowa et in Chrzastowicz, in Brodla, in Stogneowice, in Lantkowice a solutione census et a solutione quarumlibet collectarum et exactionum ad ipsum patronum et ad suos successores legittimos generalium et ~~spec~~ specialium quoquomodo pertinentium contulit et donavit nihil sibi juris in eisdem penitus reservando. In cujus rei testimonium ad evidentiam pleniorem nostrum majus praedictique patroni praesentibus sigilla sunt appensa. Actum et datum Cracoviae sexto Calendas Augusti Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio praesentibus testibus honorabilibus et nobilibus viris dominis Zbiskono decano nec non cancellario cracoviensi, Spytkone archidiacono Kurzeloviensi nec non canonico cracoviensi, Andrea Cracoviensi Dobeslao sandomiriensi subcamerariis, Nicolao dicto Pusz subdapifero cracoviensi et aliis multis testibus fide dignis.

(Ex transsumpto saeculi XVII ubi legitur Gregorius Joannes Zdziewojski a Lasko S. Th. Dr. Art. et Phil. Mgr. Saer. Ap. Apost. Notar. Publ. Fluczanensis olim vero wilamovicensis et pisarzoviensis plebanus autographum pergameneum cum duobus sigillis cereis in zona sericea appensis ad Acta castrensia capitaneatus Oswiecimensis feria 5a post dominicam Cantate A. 1663 ~~obtulisse~~ item ad Acta castr. crac. fer. 3a post fest SS. Viti et Modesti 1663 obtulisse. Libr Rel. T. 90 p. 1087 No. 3561)

Privilegium

quo Bodzanta Jankowski episcopus cracoviensis dotem ecclesiae in Tluczan confirmat.

Cracoviae a. 1353 d. 27 Julii.

In nomine Domini. Amen. Quoniam pastoralis officii debi=
tum remediis ingiter invigilat subditorum in his praesen=
tium quae cultum divinum et salutem respiciunt
animarum: proinde nos Bodzantha divina et apostolicae
sedis providentia episcopus cracoviensis ad petitionem nobi=
lis domini Derslai haeredis Stogniewice dapiferi cracovi=
ensis serenissimi principis domini Casimiri Dei gratia
regis Poloniae illustris, in villa sua vulgariter dicta
Tluczan ad honorem Dei Omnipotentis et beati Joannis Bap=
tistae, beati Andreae apostoli, fundamus ecclesiam jun=
gentes cmethones in Tluczan, in Kossowa, in Chrząsto=
wice sive inhabitantes incolas in eisdem villis et
rectores ecclesiarum de Marci Poremba de Czernichow
a cura eorundem incolarum penitus absolventes. Cae=
terum praefatus Derslaus tanquam pius patronus de=
votione ductus speciali, dictae ecclesiae in Tluczan
et rectori ipsius in eadem villa contulit et donavit
mansum liberum, tabernam circa magnam stratam,
piscinam, allodium in Chrząstowice cum agricultura

speciali et cum pratis et cum pascuis. hortum specialem circa tabernam. Decimas vero per aratra sua, et per omnia aramina cmethonum ubilibet suorum videlicet in Tłuzan, in Kossowa, in Chrząstowice in Brodła, in Stogniewice, in Lantkowice a solutione census et a solutione quarumlibet collectarum et exactionum ad ipsum patronum et ad suos successores legitimos generalium et specialium quoquomodo pertinentium contulit et donavit, nihil sibi juris in eisdem penitus reservando. In cujus rei testimonium ad evidentiam pleniorem nostrum majus praedictique patroni sigilla sunt appensa. Actum et datum Cracoviae sexto Calendas Augusti, Anno Domini M.CCC.LIII. Praesentibus honorabilibus, nobilibus viris Zbirkone decano nec non cancellario cracoviensi, Spytkone archidiacono Kurzeloviensi nec non canonico cracoviensi, Andrea cracoviensi, Dobeslao sandomiriensi succamerariis, Nicolao dicto Tucz subdapifero cracoviensi et aliis quam plurimis multis fide dignis.

Bodzanta Jankowski episcopus cracoviensis publicat sententiam Sbiluti canonici cracoviensis judicis episcopalis vigore cujus decima ex villa Polanka abbati monasterii tyniecensis adjudicatur.

Cracoviae, 1353, die 9. Decembris.

In nomine Domini Amen. Exorta coram nobis Bodzata divina et apostolicae sedis providentia episcopo cracoviensi ex una et Joanne abbate tynecensi et conventum suum super decima in Polanka parte ex altera materia quaestionis aliquibus ad ecclesiam et ad mensam nostram eandem decimam pertinere, asserentibus aliis vero ad ecclesiam et ad abbatem tynecensem et suum conventum in contrarium dicentibus pertinere: nos .. cationum .. eorum sopire prout justum et honestum est non incongrue cupientes, de fratrum nostrorum consilio honorabili viro fratri nostro domino Iwoslao canonico et officiali cracoviensi causam praedictam ut secundum Deum et justitiam lances appendens aequo libramine stateram gestans in manibus praedictam causam discerneret et dijudicaret ac fine debito terminaret comissimus audiendam. Lite igitur coram ipso contestata, praestito etiam juramento de veritate dicenda et testibus productis et eis prudenter examinatis et solenniter

publicatis, visis etiam positionibus et recensionibus hinc inde factis et latis, abbate praedicto una cum suo conventu sententiam postulante, tandem ut nihil de praedicta causa seu controversia remaneret indiscussum, honorabili viro fratri nostro domino Sbiluto praeposito plocensi decretorum doctori canonico cracoviensi ac judici curiae nostrae dedimus in mandatis, ut ex superabundanti praemissa omnia examinaret et cum determinatione causam ipsam definitivae sententiae calculo terminaret; qui cum aliis habito super his diligenti tractatu et ipsorum rum communicato consilio, Dei nomine invocato, procuratore Miscislao ipsius abbatis et conventus legitimo praesente, nostris vero procuratoribus absentibus ad hoc deputatis ad audiendam sententiam definitivam, citatis tamen de nostra certa scientia de finiendo pronuntiant et pronuntiando definiunt: decimam in Polanka ad ecclesiam et ad abbatem tynecensem una cum conventu suo et ad utilitates ipsorum omnimodas temporibus perpetuis pertinere. In cujus rei testimonium ad evidentiam pleniorem sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum et datum Cracoviae, Quinto Idus Decembris, Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, Praesentibus testibus discretis viris: Stanislao publico notario, Cimado cubiculario domini episcopi cracoviensis, Theodorico clerico et aliis multis testibus fide dignis.

Joannes abbas monasterii tyniecensis cuidam Stanislao confert facultatem locandae sculteciae in Strzegoczyce jure teutonico.

Tyniec 1354, die 24 Februarii.

In nomine Domini Amen. Omni calumniae janua praecluditur id quod scripti perpetuo testimonio roboratur. Ideo noverint praesentes et futuri Quod nos Joannes divina miseratione abbas tynciensis ordinis sancti Benedicti una cum conventu nostro cupientes bona monasterii nostri ampliare, ad petitionem honorabilis viri domini Hermani procuratoris domini regis et praepositi sandomiriensis nec non canonici cracoviensis damus provido viro Stanislao sculteciam in fine Strzegoczyc gades novae plantationis sint ubi dominus demonstravit abbas eidem Stanislao ad locandum jure maydeburgensi; Ipsumque Stanislaum sculterum aut suos successores legitimos facimus in eadem locatione per praesentes tali conditione apposita quod idem Stanislaus scultetus praedictus quotquot laneos ibidem tam in silvis quam etiam in cultis agris locare poterit, jure teutonico habebit plenam et omnimodam locandi potestatem. Ratione vero locationis

pro suo aratro duos mansos liberos, unum in sylva, secundum in cultis agris habebit. Damus etiam saepedicto Stanislao sculteto et suis legitimis successoribus ad locandam tabernam, molendinum, mensam panum et sutorum, tertium denarium de judicio provenientem, pro nobis duobus reservatis. Ut autem praemissa locatio facilius fieri valeat: omnibus et singulis cmetonibus aut villanis qui se in dictis bonis locaverint, a tempore locationis damus et concedimus incolis villae de agris cultis quatuor, super silvas viginti annorum a solutione census et decimae plenam et omnimodam libertatem; quibus expletis et evolutis, de quolibet manso octo scotos grossorum pragensium pro censu in festo beati Martini singulis annis nobis et nostris successoribus solvere tenebuntur. Decimam autem dabunt nobis more polonico campestrem de grano quadruplici, videlicet tritici, siliginis, hordei et avenae; scultetus vero praedictus sextum denarium de censu pro se reservabit, nobis quinque praesentatis. Piscinas autem in fluvio dicto Krosnica quotquot construere poterit et mansos ex utraque parte habebit. Solvent etiam nobis tria prandia omni anno, pro quolibet prandio sex scotos, de quibus prandiis scultetus unum prandium persolvet; insuper singulis annis in festo Paschae pro honore quilibet cmeto unum grossum solvet. Scultetus autem praedictus, aut sui successores legitimi servient nobis cum equo valente duas marcas, in pancerio cum balista et slappa et omnia et singula alia praedictus et cmetones et scultetus nobis et nostris successoribus facient et adim=

plebunt, ad quae ipsos jus maydeburgense seu teutonicum reddit obligatos. Damus insuper praedicto sculteto et suis successoribus licentiam donandi, commutandi, vendendi vel alioquovis modo alienandi scultetiam supradictam, dummodo hoc fiat de consensu nostro et voluntate. In cujus rei testimonium sigilla nostrum et conventus duximus appendendum. Actum in monasterio Tynciensi, in die beati Matthiae apostoli, Anno ~~[illegible]~~ Domini MCCCLIV; Praesentibus religiosis viris Henrico priore, fratre Raphaele, fratre Clemente custode, magistro Cedrone, fratre Vito, fratre Hancone, fratre Joanne capellano domini abbatis, fratre Mistislao, fratre Matthia subclavigero et aliis quam pluribus fide dignis.

Decretum

quo Comissarii regii significant bona abbatis monasterii tyniecensis circa fluvium Wisloka jacentia limitata esse.

Cracoviae 1354.

In nomine Domini Amen. Quoniam ea quae aguntur in tempore, ne simul labantur cum tempore: necessarium et dignum est, ea literarum apicibus et testium solennitatibus perennare. Proinde tam praesens aetas noverit quam futura, quod nos Hermanus terrarum Cracoviae et Sandomiriae procurator generalis, Andreas succamerarius et Joannes subjudex cracovienses per illustrem principem dominum Casimirum regem Poloniae, ad preces venerabilis viri domini Joannis abbatis tinecensis inclinati, ad sylvas in castellania cracuiensi circa Wislokam fluvium jacentes, et ibidem ad earum haereditates, et baronum, militum, terrigenarumque suorum gades limitandas et rem veritatis discutiendam specialiter deputati; tunc etiam inter dominum abbatem monasterii supradicti gades publice et solenniter cum gadibus terrigenarum, ut supra praemisimus, inter eorum haereditates celebrantes:

considerantes vero et investigantes per viciniam circumjacentem veram solennemque, prout consvetudo terrae et jus ad hoc requirebat seu requirit, haereditates cum vicinia cujuslibet haereditatis deputatae personaliter circumdantes et limites earum percipientes per indicationem et publicam viciniae dictae ostensionem nec non privilegiorum suorum antiquitus super eis concessorum praesentationem, viis, fluviis, angulis, debitisque signis quae inter haereditates juste et digne reperiebantur, pro tunc etiam investigavimus, invenimus et ad rei veritatem more consveto reduximus limitantes. Primo itaque Przeczyca, Jodlowa, Pasieczna, Jaworze, Klecze, Kamienica, Libertas Blasconis, Skorowa, Libertas Martini, Januszkowice, Gogolowa, Libertas Joannis, Kolaczyce civitas, Libertas Satconis, Kluczowa, Brzyska, Libertas Melesconis, Targosza, Łąki, Kobyle, Swiepietnica, Olpiny, Libertas Januschonis, Libertas Timkonis, Turza, Libertas Grasconis et Ciniconis, etiam tres libertates in Rzepnik, Chansba, Boguniowice, Siemiechow, dimidiam partem villae in Sieklino, dimidiamque villam in Meszna et Libertas quae prope Tarnowec jacet, omnes villas supradictas ut praefertur, per viciniam cujuslibet haereditatis deductas et adjudicatas publice, adjudicamus divina gratia suffragante non alicui

nisi monasterio Tinecensi: et in posterum per dominum regem cum suis baronibus imposuimus finem praemissarum terrarum haereditatum jam dictarum cum omnibus proventibus utilitatibus et juribus, ac etiam suis gadibus, sicuti sunt in suis metis sitae et distinctae, monasterio supradicto pertinere et omnibus aliis quibuscunque silentium de eisdem imponentes. Actum et datum Cracoviae in autumno sub Anno Domini MCCCLIV. in aula domini regis, specialiter praesentibus suis nobilibus strenuisque militibus, qui tunc ibidem ad gades nobiscum equitaverunt: Posnano Konarski de Samboczyn, Clemente dicto Gedczyc cum Michaele suo fratre, Segneo praeposito sancti Michaelis in castro cracouiensi, Dobeslao de Lasow et Dyrsione Karwarsciano de Trzebnica haeredibus, ac etiam quam pluribus fide dignis nobiscum tunc ibidem in limitatione dicta constitutis.

Casimirus dictus magnus, rex Poloniae villam Opatkowice monasterii tyniecensis de jure polonico in jus teutonicum trasfert.

Miechoviae die 22 Augusti

In nomine Domini Amen. Quod magnifica regum fieri decrevit authoritas: ratum atque stabile perpetuo debet permanere; Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiauiae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres, ad universorum notitiam tam praesentium quam futurorum deducimus per praesentes: quod ad instantes petitiones venerabilis et religiosi viri domini et fratris Joannis abbatis monasterii Tynciensis ex nunc villam ipsius monasterii Opatkowice vulgariter nominatam in terra cracoviensi prope Grodzinam situatam de jure polonico in jus theutonicum Novifori quod Sredske dicitur in vulgari transferimus de gratia nostra speciali temporibus perpetuis ibidem duraturum, removentes ab eadem villa omnia jura polonicalia, modos consvetudines, angarias et perangarias polonicales universas,

quae ipsum jus theutonicum impedire seu perturbare consveverant. Absolvimus insuper liberamus et eximi=mus supradictum dominum abbatem nomine villae suae praedictae ejusque successores, [redacted] fa=milias saltetum, cmetones et quoslibet incolas ipsi=us villae Opatkowice ab omni jurisdictione et potes=tate omnium castellanorum, palatinorum, judicum, et subjudicum nostri regni ac ministerialium univer=sorum, ita quod coram ipsis vel eorum aliquo pro cau=sis tam parvis quam magnis puta: furti sangvinis homicidii incendii ac aliis universis nulli penitus respondebunt, nisi tantum cmetones coram sculteto suo jure theutonico; scultetus vero et ejus posteri coram domino suo abbate qui pro tempore fuerit, aut coram nobis vel etiam judicio nostro generali, et ipse do=minus abbas necessitate occurrente, dum tamen per lit=teram nostro regio sigillo munitam evocati fuerint, tunc quilibet ipsorum jure sibi competenti de se quaerulantibus respondere teneatur. In causis autem capitalibus et crimi=nalibus quibuscunque sculteto memoratae villae judican=di, sententiandi et puniendi secundum quod ipsum jus theu=tonicum postulat et requirit, omnimodam damus potesta=tem. Harum qvibus sigillum nostrum est appensum tes=timonio litterarum. Actum in Mechouia, in octava Assumptionis beatae Mariae Virginis gloriosae, Praesen=tibus his testibus: Vilczone sandomiriensi, Pelka zaui=chostensi castellanis, Raphaele subcamerario sandomiriensi,

Matthia doctore decretorum, Bodzata procuratore generali et Suantoslao subthesaurario nostro ac aliis quam plurimis fide dignis. Datum per manus domini Joannis cancellarii nostri Cracoviensis.

Franciscus praepositus ecclesiae S. Floriani [illegible]-si in suburbio cracoviensi judex apostolicus possessionem villae Łopuszna in lite cum Zegota de Benkowice Joanni abbati monasterii tyniecensis adjudicat.

Cracoviae, 1355, die 2 Januarii.

Franciscus praepositus ecclesiae sancti Floriani in suburbio civitatis Cracoviensis judex authoritate apostolica per venerabilem virum dominum Franciscum divina miseratione abbatem de Andreiow ad infrascripta subdelegatus: discretis viris de Radzeszow et de Czernechow rectoribus ecclesiarum salutem in Domino sempiternam et mandatis nostris imo verius apostolicis obedire: Noveritis nos litteras ipsius domini Francisci abbatis praedicti, sub sigillo ipsius pendenti, manu venerabilis Joannis publici notarii scriptas recepisse in haec verba: =

Franciscus divina miseratione abbas monasterii de Andreiow judex a sede apostolica ad infrascripta deputatus: Honorabili viro domino Francisco praeposito ecclesiae sancti Floriani in suburbio Cracoviensis civitatis salutem in Domino! Noveritis nos sanctissimi

in Christo patris domini Innocentii papae VI litteras non rasas non abolitas nec in aliqua parte sui vitiatas sed omni vitio et suspitione carentes ejus vera bulla plumbea bullatas recepisse in haec verba: =

Innocentius episcopus servus servorum Dei, Dilecto filio abbati de Andreiow cracoviensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem! Dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii Tynciensis ordinis sancti Benedicti cracoviensis dioecesis precibus inclinati praesentium tibi authoritate mandamus, quatenus ea quae de bonis ipsius monasterii alienata inveneris vel distracta, ad jus et proprietatem ejusdem monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposida compescendo. Testes autem qui nominati fuerint, si se gratia, odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum
30 Octob 1353 Avinionae II Calendas Novembris, Pontificatus nostri anno primo. =

Nos igitur variis et diversis arduisque negotiis domus nostrae praepediti cognitioni ac decisioni causae hujusmodi juxta continentiam datarum litterarum apostolicarum intendere non valentes, de prudentia et solicitudine vestra plurimam fiduciam obtinentes, tenore praesentium vices nostras comittimus, ut in ipsa causa cognoscendo juxta formam nobis traditam procedatis tam diu, quousque ipsas ad nos duxerimus revocandas. Si vero negligens fueritis in praemissis et remissis seu mandatis praedictis non parueritis cum effectu, in vos sententiam excommunicationis canonica monitione praemissa sex dierum, quorum duos dies pro prima, alios duos pro secunda et sequentes

duos continue et immediate sequentes pro tertia monitione a die notificationis harum litterarum vobis facta ferimus in his scriptis. In cujus rei testimonium praesentes litteras nostri appensione sigilli fecimus roborari, ac notario infrascripto mandavimus ipsum subscribi hujus in evidentiam pleniorem. Datum Cracoviae in domo habitationis conventus fratrum de Czyrzcz, Anno Domini MCCCLIV, Indictione septima, Sedecima Kalendas Julii, hora sexta; Praesentibus religiosis viris et discretis Joanne procuratore de Czyrzych, Petro priore ac Joanne fratribus dicti monasterii de Andreiow, et aliis pluribus. = 16 juni 1354

Etquia Zegota dictus Aureus Nasus haeres de Benkowic nostris litteris citatus ad nostram praesentiam, et ex superabundanti iterum legitime et sufficienter evocatus ad instantiam venerabilis viri domini Joannis divina patientia abbatis et sui conventus de Tyncia in terminis et loco certis sibi assignatis super occupatione Lopuszna villae vulgariter dictae dicto Zegotha contumaciter se absentare super petitione dictorum abbatis et ejus conventus jure svadente habito sacramento corporali atque super his habito consilio sapientum, Dei nomine invocato, praedicto abbati et ejus conventui villae praedictae Lopuszna possessionem rationem custodiae et tenutarum tenore praesentium assignamus vobis et vestrum cuilibet, districte percipiendo et in virtute sanctae obedientiae ac sub excommunicationis poena canonica monitione praemissa sex dierum, quarum duos dies pro prima, alios duos dies pro secunda et reliquos duos continue sequentes pro tertia quam vos et vestrum quemlibet incurrere volumus ipso

facto si mandatis hujusmodi obedire non curaveritis cum effectu firmiter mandantes, quatenus cum vestrum quilibet requisiti fueritis personaliter descendentes authoritate nostra qua fungimur possessionem et tenutam modo praedicto villae praefatae Lopuszna dicto abbati et conventui de Tyncia assignetis, mandantes firmiter et districte ac sub excommunicationis poena praedicta sex dierum canonica monitione praemissa omnibus et singulis cmetonibus et incolis in eadem villa Lopuszna a monitione per vos facta ut in omnibus licitis et honestis dicto abbati et ejus conventui obediant et nulli alii ac jura omnia debita dicto abbati et conventui faciendo alios ipsos omnes et singulos cmetones et incolas memoratae villae mandato hujusmodi inobedientes et rebelles quos nos ex tunc prout ex nunc in his scriptis excommunicamus in ecclesiis vestris infra missarum solemnia excommunicatos denuncietis ac per alios ecclesiarum rectores ubi expediens videritis, nuntiari authoritate nostra faciatis, singulis diebus dominicis et festivis tam diu donec a nobis aliud habueritis in mandatis. De executione autem per vos facta vestris sigillis appensis praesentes reddatis. Datum Cracoviae Anno Domini MCCCLV, Quarto Nonas Januarii.

Curradus Olsnicensis /: Konrad I ks. olesnicki, mąż Eufemii siostry zmarłego w r. 1355 Bolesława księcia bytomskiego i Kozielskiego :/ et Kazimirus Teschinensis /: Kazimierz I ks. cieszyński + 1358 syn Mieszka I Księcia cieszyns. i oświecim. :/ duces ex una parte – et Bolko Falkembergensis /: Bolesław I Książe falkenbergski + około 1362 syn Bolesława I Księcia opolsk. + 1313 :/, Bolko Opoliensis /: Bolesław II Książe opolski + 1382, {drugi} syn Bolesława I Księcia opolsk. + 1313 :/ et Johannes Osweczinensis /: Jan Książe oświecimski + około 1370, syn Władysława Księcia oświecimsk. + około 1324 :/ duces recognoscunt, quod licet illis Carolus Romanorum imperator tanquam Bohemiae rex ~~[illegible]~~ indulsisset post mortem ~~[illegible]~~ Wladislai patris /: + około 1355 :/ et Boleslai filii {super defuncti} ~~[illegible]~~ + 1355 :/ ducum Bytumiensium et Coslensium, contendere de iure successionis super ducatibus Bytomiensi et Coslensi /: Król czeski Karol dał im expektatywę na Księstwa bytomskie i Kozlinskie podług zwyczajów prawa polskiego :/, hoc in futurum in casu simili nullum praeiudicium regibus Bohemiae, ad quos ducatus Bytomiensis et Coslensis velut feudi dominium devoluti sunt, generari potest. – Pragae, Sabbato proximo post diem S. Wenceslai (d. 3 Octobris) 1355.

Oryginał na pergaminie w Archiwum cesarskiem w Wiedniu.

druk. w Grünhagen u. Markgraf, II. pag. 422, № 8.

druk w Balbini Miscell. hist. Bohem. Dec. I Lib. VIII. Vol. I. Pars II. Epist. 19 – Lünig: Reichs-Archiv. Contin. I. № 216, pag. 308.

Conradi olsnensis et Casimiri teschinensis ab una, Bolkonis falkenbergensis et oppoliensis nec non Johannis oswicensis ducum ab altera parte Recognitio, quod licet Carolus IV imperator ex superioritate dominii, quod illi in eos uti in caeteros principatus et principes Poloniae competit, plenum jus habeat in et super Bithumiensi et Koslensi ducatibus, et iidem ducatus mortuis ducibus ad Carolum IV devoluti sint, tamen ipsis indulserit, quod inter se mutuo de juribus in has terras competentibus experiri et super illis viam definitionis sive compositionis amplecti possent: addita declaratione, quod ex hac gratiosa concessione regibus Bohemiae nullum praejudicium regibus Bohemiae circa futuras devolutiones terarum debeat oriri. Datum Pragae, Sabbatho post diem S. Wenceslai 1355.

(Balbini Bohusl: Miscellanea historica regni Bohemiae. Pragae 1679 fol. Dec. I Libr. VIII Vol. I Pars II. Epist. 19. — Lünigs Joh. Christ: Reichs-Archiv P. spec. Contin. I. No 216 pag. 308

(było to po śmierci Bolkona księcia na Kozlu, Bytomiu, Opolu który umarł po r. 1352 a podobno 1355)

Carolus IV Romanorum imperator, rex Bohemiae in materia quaestionis de succesione super ducatibus Coslensi et Bithomiensi nec non munitionibus Tost et Peyskenkreczim /: Peiskretscham – Piskowice :/, quae post mortem Bolkonis ducis Coslensis nuper defuncti, inter duces Cůnradum Olsniczensem et Kazimirum Tessinensem duces ex una parte – atque Bolkonem Opoliensem, Bolkonem Falkinbergensem, Albertum Streliczensem /: Albert książę strzelicki † około 1366, syn Bolesława księcia opolskiego, trzeci brat Bolesława I i Bolesława II książąt opolskich :/ et Johannem Ossveczinensem duces, vasallos regni Bohemiae /: pretendenci do bezdzietnego spadku księstwa kozielsko-bytomskiego :/ ex alia parte exorta esset, recognoscit, quod idem rex in iudicio ducatus Coslensem et Bithomiensem cum munitionibus Tost et Peyskenkreczim, praedictis ducibus Cůnrado Olsniczensi et Kazimiro Tessinensi adiudicavit. – Pragae A. 1355, Indictione VIII, Quarto Nonas Octobris (d. 4 Octobr.)

druk w Sommersberg Script. rer. Siles. I. p. 837 –
i w Grünhagen u. Margraf II p. 423, № 11.

Carolus IV Romanorum rex et Bohemiae incorporat ad Regnum et Coronam Bohemiae, Duces Sleziae et Poloniae videlicet Lignicensem, Bregensem, Munsterbergensem, Olsnensem, Glogoviensem, Saganensem, - Opoliensem, Falkenbergensem, Strelicensem, Teschinensem, Coslensem, Bithuniensem, Stinaviensem et Osvetiensem, principatus Wratislaviensem et Sleziae, nec non civitates Wratislaviam, Novumforum, Franckenstein, Stinaviam, Gor, mediam partem Glogoviae, Namsloviam, marchiam Budissinensem et Gorlicensem, item principatum Mazoviae et ducatum in Ploczk. — Pragae, indictione prima, septimo Idus Aprilis (d. 7 Aprilis) 1348. = Carolus IV Romanorum imperator et Bohemiae rex renovat idem privilegium. Pragae, indictione VIII, septimo Idus Octobris (d. 9 Octobris) 1355.

—

Oba oryg. pergam. w Archiwum cesarsk. w Wiedniu — druk w Grünhagen u. Markgraf: Lehns und Besitzurkunden Schlesiens I pag. 8 nr. 4 i pag. 12, nr. 5) — Hoffman: App. dipl. hist. Lusat. IV. 197 — Balbin: Miscell. III p. 60 — Lünig: R. A. Pars spec. cont. 1 p. 29 — Dumont Corp. diplom. I. 2, 303.

Privilegium

quo Dirsko haeres de Stogniegowice partem lacus in Łazany monasterio tyniecensi resignat.

Cracoviae 1356. die 6 Maji.

In nomine Domini Amen. Quoniam ea quae geruntur in tempore ne simul evanescant cum processu temporis: bonum et utile est ut munimine sigillorum et scripti testimoniis roborentur. Igitur noverint praesentes et futuri, quod nos Dirscho haeres de Stognegowicz dapiferque cracoviensis eximii principis Kasimiri regis Poloniae ex inductu malignorum hominum processeramus in lite cum venerabili viro domino Joanne monasterii tyniciensis ordinis sancti Benedicti et suo conventu coram illustri principe Joanne duce osuenciimensi, asserentes nos habere partem de lacu in Lanczan ex eo, quod ad littus nostrae haereditatis ex una parte idem lacus contingat. Tandem recognoscentes nos de eodem lacu penitus nullam partem habere, liti cessimus et amicabiliter concordiavimus et eosdem dominos abbatem cum suo conventu tynciensi veros haeredes facimus nostris successoribus legittimis perpetuum silentium de saepedicto lacu imponendo. In cujus rei testimonium praesentibus sigillum nostrum est appensum.

Datum Cracouiae feria secunda in crastino beati Stanis=
lai Anno Domini MCCCLVI. Praesentibus strenuus mi=
litibus Andrea subcamerario cracoviensi, Andrea filio
Gregorii haeredis de Morauicia et aliis pluribus fide dig=
nis.

Petrus[?] filius Gregorii haeredis de Morawica antiquas limites inter villam suam Sanka et villas monasterii tyniecensis Baczyn et Rybna ~~confirmat~~ roborat.

Cracoviae 1357, die 13 Junii.

In nomine Domini Amen. Omni calumniae via praecluditur id quod scripti testimonio roboratur. Igitur noverint praesentes et futuri praesens scriptum inspecturi: Quod nos Andreas olim Gregorii haeredis de Soraucicia vitantes discordias orones affectantes, et etiam ratione confraternitatis quam habemus una cum charissima conjuge nostra Agnete apud dominos et fratres monasterii tynecensis limitationes gaduum fecimus inter haereditatem nostram dictam Sosnakam et ipsorum haereditatem Baczyczyn cum venerabili in Christo patre et domino Joanne abbate monasterii tynecensis praedicti ordinis sancti Benedicti et suo conventu de bona voluntate et deliberatione ita, quod dictae gades quae pro nunc inter Sosnkam et Baczyczyn limitatae sunt et etiam gades inter Rybnam et Sosnkam quae jam longo tempore sunt limitatae et pacifice et quiete ex utraque parte possessae debent in eadem limitatione perpetuis temporibus

permanere ita tamen etiam quod absit, si qua pars tam nos seu nostri successores legitimi quam etiam praedicti dominus abbas tynecensis cum suo conventu vel possessores legitimi ejusdem monasterii praedictas gades in supradictis haeredi= tatibus videlicet inter Sosnkam Baczyczyn et Rybnam quo= vis modo infringere vellet, ex nunc parti gades tenenti ante omnia quadraginta marcas grossorum pragensium usualis monetae prius persolvat, deinde persoluta summa pecuniae pertactae ad renovandas saepedictas gades procedat. Data Cracouiae, feria tertia infra octavas Corporis Christi, Anno Domini MCCCLVII. In cujus rei testimonium prae= sentibus sigillum nostrum est appensum. Acta sunt haec praesentibus honorabilibus et nobilibus viris: domino Hermano procuratore generali eximii principis Casimiri regis Poloniae custode sancti Floriani canonicone, Andrea haerede de Wanrowicz, Imramo de Rogow, Przeczslao de Korzenowicz..

Joannes dux osviecimensis testatur Annam uxorem Petri de Czyrzyc duos cmethones in villa Klecza ecclesiae ibidem donasse.

In Oswiecim, anno 1355, die 30 [6] mensis ~~Decembris~~ novembris. [5 Decembris]

In nomine Domini Amen. Cum in peregrinatione vitae praesentis per elemosinarum largitionem aeternae vitae praemia uberius comparantur, necessarium est, ut ecclesiarum ministrorum que ipsarum defectibus [h]abundantius succurratur per beneficiorum suffragia opportuna. Proinde nos Joannes Dei gratia dux Oświęcimensis notum esse volumus universis tam praesentibus quam futuris: quia domina Anna conjunx domini Petri de Czyrzycz suae saluti cupiens utiliter providere, coram nobis constituta mente sana et corpore marito suo praedicto astante personaliter et consentiente in parte sua villae Cleicza

ipsam haereditarie contingente duos Kmethones ecclesiae propius adjacentes novem virgas Opovienses agrorum obtinentes, cum omnibus juribus, quibus praedictus dominus Petrus cum praenominata conjuge sua ipsos Kmethones possederunt, ejusdem villae ecclesiae in perpetuum testamentum legando coram nobis libere resignavit sub hac conditione, quod quilibet rector ecclesiae supradictae singulis annis in anniversario die obitus dominae praenominatae debet habere secum alios quatuor sacerdotes, quorum unus Missam de Sancto Spiritu, secundus Missam de beata Maria Virgine, tertius Missam de Angelis, et alii duo Missas pro defunctis debent celebrare pro animae suae remedio salutari. In hujus rei testimonium praesentibus nostrum sigillum est appensum. Praesentibus his testibus domino Adam Judice curiae nostrae, domino Jenkone de Bentkowicz, Hermanno et Heynkone fratribus dictis Speer, Leschkone filio Zyegothae et aliis quam pluribus. Datum Oswiecin Anno Domini MCCCLVI feria secunda proxima ante diem Sancti Nicolai.

Millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto

Privilegium

Joannis ducis osvietimensis quo donationem duorum cmetonum per Annam uxorem Petri de Czyrzyc ecclesiae in Klecza factam confirmat.

Oswiecimi a. 1304 d. 1 Decembris.

In nomine Domini Amen. Cum in peregrinatione vitae praesentis per elemosynarum largitionem communis vitae praemia uberius comparantur, necessarium est, ut ecclesiarum ministrorumque ipsorum defectibus abundantius succurratur per beneficiorum suffragia opportuna. Proinde Nos Joannes Dei gratia Dux Oswiecimensis notum esse volumus universis tam praesentibus quam futuris: Quia domina Anna conjunx domini Petri de Czyrzyc suae saluti cupiens utiliter providere coram Nobis constituta mente sana et corpore marito suo praedicto astante personaliter et consentiente in parte sua villae Klecza ipsam haereditarie contingente duos cmethones ecclesiae propius adjacentes novem virgas oponicas (opolicas?) agrorum obtinentes cum omnibus juribus quibus praedictus dominus Petrus

cum praenominata conjuge sua ipsos cmethones possiderunt ejusdem villae ecclesiae in perpetuum testamentum legando, coram Nobis libere resignavit sub hac conditione, quod quilibet rector ecclesiae supradictae singulis annis in anniversario die obitus dominae praenominatae debet habere secum quatuor alios sacerdotes, quorum unus missam de Sancto Spiritu, secundus missam de Beata Maria Virgine, tertius missam de angelis, et alii duo missas pro defunctis debent celebrare pro animae suae remedio salutari. In cujus rei testimonium praesentibus nostrum sigillum est appensum. Praesentibus his testibus: domino Adamo judice curiae nostrae, domino Zenkone de Benkowicz, Hermano et Heyncone fratribus dictis specialiter, Peschone, et aliis quam pluribus. Datum Oswiecimi Anno MCCCIV. feria secunda proxima ante diem sancti Nicolai.

(Ex transsumpto ad Acta Castrens. Capitan. Cracov. feria 5a post festum Assumpt. B. V. M. proxima 1630 per Martinum Stefankowicz plebanum in Klecza oblato, ubi dicitur literas originalis privilegii in pergameno scriptas et sigillo pensili cereo Ducis Oswiecimensis munitas fuisse.)

(Oblat. ad acta castr. cracov. fer. 5a post fest. Asumpt. B. V. Mariae 1630 per ven. Martinum Stephankowicz plebanum in Klecza, ubi memoratur originale in pergameno scriptum sigillo pensili cereo ducali munitum fuisse. – Libr. Relat. castr. cracov. Anni 1630. Tom. 54)

(Item ex transumpto r. Actis episcopalibus Cracov. in Consistorio asservatis Vol. V pag. 137 v. d. 19 Septembris 1509 per Joannem plebanum in Cletheza ingrossato)

druk w Piekosinski: Kodex małopolski I. pag. 286, N° 242. (z datą 1355)

Casimirus (Magnus) rex Poloniae Joanni de ~~[illegible]~~ Scrona facultatem locandi villam Skawinka jure theutonico confert.

In Lanckorona, anno 1359, die 4 mensis Octobris.

In nomine Domini Amen. Quod magnifica regum decrevit fieri auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuo permanere: Ea propter nos Kazimirus Dei gratia rex Poloniae, terrarumque Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciciae, Cujaviae, Pomeraniaeque dominus et haeres: notum facimus universis tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris: quod volentes utilitates regni nostri peramplius dilatare, sylvam nostram sitam in terra cracoviensi prope castrum Landiscronense circa fluvium dictum vulgariter Skawinka exposuimus honesto viro Johanni de ~~[illegible]~~ Scrona ad locandum in eadem villam de XXV mansibus franconiis jure theutonico Maydeburgensi, quam de

novo Skawynka volumus appellare. Ratione cu:
jus locationis Joannes praedictus cum suis legit:
timis successoribus habebit sculteliam ibidem
perpetuo ac haereditarie cum juribus infrascrip:
tis videlicet unum mansum liberum, unam taber:
nam liberum bancum pannium sutorum macel:
lum carnium sextum denarium censualem, quem
denarium de qualibet re judicata duobus vero
pro nobis reservatis juramenta omnia etiam
molendinum in descensu fluvii sub piscinis
regis poterit collocare etiam addimus ipsis de
gratia nostra speciali medium mansum pro
alendo grege et medium pro nostra quae vulga:
riter Scotnicza nominatur. Ad judicia vero mag:
na, quae ter in anno fieri consveverunt, quae
bannita dicuntur, nostro nuntio quem ad hoc con:
stituemus scultetus unum prandium et Kme:
thones duo prandia dabunt, vel pro quolibet
prandio fertonem grossorum dare tenebuntur.
Insuper villae Kmetones praedictae libertate
expirata de quolibet manso singulis annis
nobis et nostris successoribus in festo Sancti
Martini ratione census mediam marcam pro

decima vero añ de jure debetur unum fertonem grossorum, pro missalibus vero unam mensuram siliginis et unam mensuram avenae ubi divina audierint et ecclesiastica perceperint sacramenta solvent et solvere sunt astricti. Etiam scultetus praedictus ad quamlibet expeditionem generalem unam marcam grossorum ratione servitii sit solvere astrictus. Praeterea scultetos, kmetones et incolas villae praedictae absolvimus ab omnibus juribus et jurisdictionibus omnium palatinorum castellanorum, judicum, subjudicum ministerialiumque ipsorum, ita quod coram ipsis pro causis magnis et parvis puta furti sangvinis homicidii ac aliis omnibus causis citati injurae respondebunt sed tantum kmetones villae praedictae coram suo sculteto predicto suo jure teutonico respondebunt, scultetus coram nobis vero vel nostro judice generali dum cum per nostram literam nostro regio sigillo sigillatam citatus fuit esse de se quaerulantibus suo jure teutonico tenebitur respondere dantes sculteto et scabinis villae praedictae in causis criminalibus videlicet furti sangvinis homi=

cidii superius expressarum secundum condemnationem p' minen uti plenam et omnimodam potestatem. Ut autem villa praedicta eo celerius valeat collocari omnibus et singulis cmetonibus sculteto et incolis locandum in villa praedicta ab omnibus nostris exactionibus angariis et preangariis collatis et contributis ab annonis quae Sep dicuntur, nec non ab aliis nostris solutionibus quibuscunque nominibus censeantur et a nostris regalibus laboribus a data praesentium ad spatium viginti annorum damus et concedimus plenam et omnimodam libertatem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus appendendum. Actum in castro Landiscronensi die Sancti Francisci confessoris Anno Domini M°CCC°L nono Praesentibus his testibus domino Predborio capitaneo cujaviensi Swetopolcone castellano syradiensi, Swentoszlao ~~Lithone~~ subthesaurario domino Przedborio haerede de Brzezie, Andrea dicto Latala, Petro de Kosczielicez et aliis quam plurimis fide dignis. Datum per manus domini Janussii cancellarii cracoviensis.

(Oblat. ad acta castr. crac. fer. 3a post Dominicam Judica 1589 Libr. Relat. T. XIV ubi dicitur originale pergameneum cum sigillo regio magno pensili munitum fuisse.)

Joannes abbas monasterii tyniecensis Thomae et Catharinae natis Jaklini concedit facultatem locandae scultetiae in villa Brzyska jure teutonico.

Tyniec, 1360, die 11 Maji.

In nomine Domini Amen. Quoniam ea quae geruntur in tempore, ne simul evanescant cum processu temporis, bonum et utile est ut munimine sigillorum et scripti testimoniis roborentur. Igitur noverint praesentes et futuri praesens scriptum inspecturi: Quod nos Joannes divina miseratione abbas monasterii Tynciensis ordinis sancti Benedicti, totusque conventus fratrum monasterii ejusdem, cupientes bona monasterii nostri ampliare, vendidimus provido viro Thomae et sorori ipsius Catherinae natis Jaclini pro quatuor marcis grossorum pragensium usualis monetae, extirpationes adjacentes villae antiquae dictae Brzyska, quae extirpationes incipientur a Pasconis extirpatione et procedent usque ad densam silvam inter quas extirpationes dictus Thomas sororque ipsius Catherina

unum mansum usque ad viginti annos libere possidebunt; elapsis vero viginti annis solutionem de ipso facient ut de caeteris mansis, vel alteri ad solutionem vendere tenebuntur. Damus etiam dicto Thomae sculteto sororique ipsius et eorum legitimis successoribus ad locandum ibidem silvam jure maydeburgensi in tribus rivulis videlicet Liwocz, Liwoczka et Chwoszczyna una cum agris extirpatis quinquaginta mansos franconicos; ratione vero locationis praedictae silvae ipse Thomas et soror ipsius Catherina et ipsorum legitimi successores duos mansos liberos, duas tabernas, macella carnium, mensam panum et sutorum, fabrile, molendina, piscinas quotquot construere poterit absque impedimento incolarum, libere possidebunt, illa duntaxat piscina excepta, quam dominus abbas pro utilitate domus reservavit. Incolae autem qui inibi locati fuerint, a tempore locationis super extirpatis agris sex annis et super silva viginti annis gaudebunt libertate; expirata autem libertate de quolibet manso mensurato nobis et nostris successoribus novem scotos grossorum monetae praedictae pro censu, et sex pro decimis rectori ecclesiae singulis annis in festo beati Martini solvere tenebuntur; scultetus autem sextum denarium censualem pro se reservabit, nobis quinque praesentatis, et tertium denarium de judicio provenientem. Tria prandia quovis anno et pro quolibet prandio

sex scotos, de quibus prandiis ipse scultetus unum fertonem et incolae duos fertones nobis persolvent. Insuper etiam omnia alia et singula tam saepefatus Thomas scultetus et soror ipsius Catherina et eorum legitimi successores, quam cmethones sint nobis adstricti ad quae ipsos jus theutonicum seu maydeburgense reddit obligatos. Scultetus autem serviet nobis in equo valente tres marcas et cum sagittis. Habebit etiam dictus scultetus omnem potestatem judicandi, reos criminis et maleficos, qui reperti fuerint, pro qualitate cujuslibet poenae noxia puniendi. Unum mansum liberum pro expellendis pecoribus una cum villanis communiter possidebunt. Damus etiam saepedictis Thomae sculteto et Catherinae liberum arbitrium dictam sculletiam tenendi aut uni sculteto vendendi, donandi, commutandi, seu quovis alio modo alienandi, accedente tamen ad hoc nostra voluntate pariter et assensu. In cujus rei testimonium praesentibus sigilla nostrum nostrique conventus sunt appensa. Datum Tynciae feria secunda infra octavas beati Stanislai pontificis gloriosi de mense Maij, Anno Domini MCCCLX; Praesentibus regiosis viris et discretis Stephano priore, Joanne custode, Clemente, Mistislao, Sbislao, Vito fratribus monasterii praefati, Joanne rectore ecclesiae parochialis de Regulicz, et aliis multis fide dignis.

Johannes dux osviecimensis Hanconi filio Werneri de Hopnewald sculteliam in villa Barwald confert.

Zatoriae, anno 1361 die 21 mensis Januarii.

In nomine Domini Amen. Nos Joannes dux Osswjenczimensis notificamus tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris: Quia providus vir Hansil filius Verneri de Hepnewalth noster servitor fidelis cum licentia et favore nostro emit sculletiam in villa nostra Barwald, incipiendo a metis Jaroschow ex utraque parte fluvii Klijessicze sursum quinquaginta laneos, cum omnibus juribus sicut alii sculteti in nostra terra habent et utuntur, ad omnes limites in quatuor partes plenarie habeat absque omni impedimento. Idcirco damus eidem Hankoni et suis legittimis successoribus sculletiam in dicta villa Barwald cum omnibus redditibus, utilitatibus seu proventibus subscriptis, videlicet de praedictis quinqua=

ginta laneis septimum mansum liberum et pro
ecclesia duos mansos pro pellendo grege liberos.
Piscinas cum molendinis in praedicto fluvio aut
alias ubi sibi melius videbitur edificare et con=
struere, quantum necesse fuerit, tabernam liberam,
pistorem, carnificem, sutorem, sartorem, fabrum,
currificem, aliorumque mechanicorum, quorum ne=
cesse fuerit, et duo quartalia pro ortis. Tertium de=
narium de omni re judicata in perpetuum da=
mus eidem sculteto, suisque successoribus tenen=
dum, habendum, vendendum commutandum, eximen=
tes eundem scultetum et incolas praefatae villae
ab omnibus potestatibus judicum ita quod coram
nullo habeant respondere pro causis tam magnis
quam parvis sed tantum incolae coram ipsorum
sculteto, scultetus vero coram nobis jure theuto=
nico respondebit. In causis vero criminalibus
sculteto et suis successoribus damus plenissimam
facultatem judicandi super manum et collum.
Etiam damus praedicto sculteto propter suum
servitium fidele in metis et suis posteris piscari,
venari. Insuper remanentias extra mensuram la=

neorum, quod theutonico Obürschar nominatur, in quo domus sua cum piscina est constructa, usque ad granities Jaroschow de nostro speciali favore elargimur, quod ipsos nullus audeat impedire. Scultetus vero praedictus et sui posteri a nobis ad quamlibet generalem expeditionem in equo valente duas marcas cum sagittis servire sunt astricti. In cujus rei testimonium nostris fidedignis testibus primo nos Joannes dux Oswiencziimensis, dominus Schasko, Hano advocatus de Zathor, Hanzil Golden Wladarius. Datum in Zathor in die Sanctae Agnetis virginis et martiris Anno domini Millesimo Tricentesimo Sexagesimo primo.

(Ex transsumpto Sigismundi I regis Pol. data Cracoviae feria 5a ante festum S. Simonis et Judae Ap. 1537 ad preces providi Stanislai haereditarii sculteti in villa Barwalth - asservato in Libr. Metrices Regni Polon. Vol. 54, fol. 274)

Casimirus dictus magnus rex Poloniae haereditatem Opatowiec cum octo villis ~~[illegible]~~ monasterii tyniecensis a stationibus et aliis oneribus regalibus liberat.

Cracoviae 1362, die 2 Januarii.

1363 ?

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Consueverunt alta regum et principum consilia aequo justitiae moderamine habito, suos sequaces et maxime spirituales ac religiosos viros apud Deum humiles ac devotos exoratores ipsorum praeclara benignitate et inclita sua clementia tueri et remunerari. Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae, universarum terrarum Russiae, necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Lanciciae, Pomeraniae etc. dominus et haeres, Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris, quod venerabilis vir dominus Joannes abbas monasterii tynecensis confessor noster specialiter nobis carus, euntibus nobis et properantibus ad bellum contra quosdam nobis rebelles Ruthenicos et Lituanicos exercitus, invadentes stationes terrarum nostrarum, a nobis postulatus et rogatus, ut sua ex parte aliquali certa summa pecuniae succurreret in tam repentino motu; qui fidelissime ad obseqvia nostra conflans argentum et margaritas ecclesiae suae impignorans, prout ex=

perti sumus in et post, nullo homine sciente praeter suos fratres viros religiosos, anhelando et desiderando a nobis favoribus et gratia nostra se amplecti, subvenit nobis duobus millenariis marcarum monetae polonicalis. Proinde nos habita consideratione diligenti et ponderatis hujusmodi suis gratuitis correlativis erga nos beneficiis, assensuque consiliariorum praehabito super recompensatione et remuneratione ipsi domino abbati cum fratribus suis praestanda, cum a nobis id petant et propter Deum humiliter supplicent, ut sibi concederemus et daremus labores quos habemus super omnes cmetones ipsius monasterii et maldrata, stationes et advectiones alias podwody in omnibus civitatibus et villis ipsius monasterii. Quod quidem eorum petitum nobis illicitum et grave factu videbatur primo; nihilominus tamen ne per nos tristari et favore gratiae nostrae frustrari viderentur, et pro sua speciali consolatione et orationibus fratrum ipsorum pro nobis semper omnipotentem Deum exorantium et ob spem aeternae retributionis de gratia speciali majestatis nostrae super Opatowiecz stationem cum advectione videlicet podwody, tum cmetones octo villarum ejusdem monasterii, ut sunt: Xiąznice majores et minores, Modrzany, Piotrkowice Vrzuty, Opatkowice circa Proszowice, Charwin et Wilkow ab omnibus laboribus et maldratis alias vulgariter Seph et qvibusvis solutionibus ad nos de jure seu de facto pertinentibus; etiam adjungendo ad haec octo scultetos seu advocatos et duos

terrigenas nobiles vicinos, quos a nobis sibi donari roga=
verant et absolvi ab expeditione bellica praesenti in terras
Ruthenorum facta, pro tuitione et defensione sui castri
Tiniec, quos sibi placuerit: primo ac principaliter ad
laudem omnipotentis Dei et ob reverentiam gloriosae Vir=
ginis Mariae matris ejus benedictae ac beatorum apos=
tolorum Petri et Pauli in quorum laudem saepedictum
monasterium est fundatum, nec non ipsi domino abbati
et fratribus qui fuerint pro tempore perpetuis temporibus
damus, tradimus, conferimus et donamus, annectimus, ap=
propriamus et incorporamus, renuntiantes omni juri
et proprietati et dominio, quod nobis quovis ingenio com=
petere poterat vel nostris successoribus competeret. In
quorum omnium evidentiam et testimonium perpetuae
firmitatis praesens privilegium nostrae donationis si=
gillo nostrae majestatis jussimus communiri subappenso.
Datum Cracoviae in octava Epiphaniae Domini sub
Anno ejusdem MCCCLXII; Praesentibus his testi=
bus Joanne castellano cracoviensi, Joanne decano cra=
coviensi cancellario, Przedborio capitaneo cuiaviensi,
Bodzeta procuratore generali, Predborio de Brzezie
et Andrea dicto Myszka et aliis quam pluribus fide
dignis, per manus domini cancellarii nostri. Scriptum
per me Nicolaum Boemum notarium curiae et canoni=
cum ecclesiae visliciensis.

Casimirus dictus magnus Rex Poloniae monasterio tyniecensi sculteias in Liszki, Smierdząca, Kaszow, Nowawieś, Rybna et Przeginia donat.

Cracoviae 1363, die 2 Januarii. ? d. 13 Januar

In nomine Domini Amen. Cum juxta verba sacri eloqvii unusquisque Christi fidelis in praesenti vita sic habeat disponere sua fata, ut ipsis mediantibus felici fine habito aeternae retributionis praemia consequatur, dicente Domino: Thesaurizate vobis thesauros in coelis ubi nec aerugo nec tinea demolitur. Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres tenore praesentium notum facimus quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris: Quod habita consideratione deifica et ponderatis singulis usibus et utilitatibus qvibus usi sumus per tempora de possessionibus, bonis et haereditatibus monasterii Tyniciensis ordinis sancti Benedicti; in recompensam igitur perceptorum et satisfactionem aliqualem ob remedium nostrae salutis ac spe vitae aeter=

nae consequendae divina gratia pia nos devotione instigante, pro satisfactione nostrorum delictorum, venerabili viro domino Joanni abbati et religiosis fratribus totius conventus monasterii Tynciensis supradictas advocatias seu sultetias nostras infrascriptas per nos legitime emptas et conquisitas ac ad nos pertinentes videlicet in Liszek, in Smierdzala, in Kaszow et in Nova villa nec non in Rybna et in Przeginia cum omni jure et dominio ac omnibus et singulis utilitatibus fructibus et pertinentiis universis in terra et aqua ad ipsas advocatias seu scultetias quomodolibet spectantibus, prout nos temporibus nostris easdem tenuimus et prout Vislaus et Friczko eorumque praedecessores ante nos ab initio tenuerunt cum sylvis, mericis, rubetis, quercetis, pascuis, pratis, agris, campis ac aliis universis proventibus qui nunc sunt aut quomodolibet esse poterint in futurum inter limites advocatiarum seu scultetiarum praedictarum ad laudem omnipotentis Dei et ob reverentiam gloriosae Sanctae Mariae semper Virginis matris ejus benedictae, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ad honorem, in quorum laudem saepedictum monasterium Tynciense est fundatum, nec non ipsi monasterio Tynciensi, abbati et fratribus totius conventus ipsius monasterii qui pro tempore fuerint, ad utilitatem perpetuis temporibus damus, tradimus, conferimus et donamus, nec non adscribimus, annectimus, appropriamus et incorporamus,

renuntiantes omni jure et dominio quod nobis quovis ingenio competere posset vel nostris successoribus competeret in praemissis, sic quod eximere neque nos nec aliqui nostri successores ad omnia praemissa ullum possumus nec debemus et ipsi nostri successores aliquam non debent nec debebunt suo tempore habere respectum, sed omnia et singula praemissa abbas et totus conventus fratrum saepedicti monasterii Tynciensis, qui pro tempore fuerint, tenere debent perpetuo et possidere pacifice et quiete contradictione et impedimento cujuslibet penitus non obstante. Ut autem nostri et praedecessorum nostrorum per orationes, missarum celebrationem melior et major memoria habeatur: in recompensam praemissorum perpetuis temporibus statuimus et omnino volumus ut ex nunc abbas et conventus monasterii Tynciensis saepedicti statuant unum capellanum saecularem vel regularem, qui omni die legat missam defunctorum ad certum altare, diebus solennibus duntaxat exceptis; et circa hoc bis in septimana qualibet etiam perpetuis temporibus videlicet tertia et sexta feria vigiliae novem lectionum et duae missae specialiter defunctorum voce decantent. Praeterea de gratia nostra speciali abbati et conventui monasterii Tynciensis saepememoratis saepedictas advocatias vendendi, donandi et commutandi ac pro sua suique monasterii utilitate et melioratione quomodolibet

libere convertendi plenam et omnimodam damus potestatem. In quorum omnium testimonium et evidentiam perpetuae firmitatis praesens privilegium nostrae donationis abbati et conventui fratrum dicti Tynciensis monasterii dari fecimus sigillorum nostrorum regalium parte ex utraque expressorum subappensione communitum. Actum Cracoviae in octava Epiphaniae Domini, Sub Anno ejusdem MCCCCLXIII. Praesentibus his testibus Joanne castellano cracoviensi, Joanne Decano et cancellario cracoviensi, Predborio capitaneo [illegible] Cuiauiae, Bodzata procuratore generali, Predborio de Brzeze et Andrea de Myszka ac aliis quam pluribus fide dignis. Datum per manus domini Joannis cancellarii nostri cracoviensis supra dicti. Scriptum autem per Nicolaum Bohemum notarium curiae nostrae canonicum ecclesiae visliciensis.

Casimirus magnus rex Poloniae emptionem villae Jaszkowice per Andream Myszka a Gallo, Sandkone et Jaskone filiis Woislai de Kalina approbat.

Cracoviae, anno 1363 d. 16 mensis Februarii.

In nomine Domini Amen. Ne res gestae coram regum magnificentia abolentur processu temporum, opportunum est, ut eas roboret solennis titulus literarum. Proinde nos Kasimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres, Notitiae universorum tam praesentium quam futurorum praesentibus declaramus: Quod ad nostram et baronum nostrorum accedentes praesentiam Gawel, Sandek et Jasco fratres germani filii Woyslai haeredis de Kalina sani mente et corpore existentes, non compulsi nec coacti, neque alio dolo conventi sed spontanea voluntate et bona deliberatione sui animi praehabita, haereditatem suam

Jaskowice vulgariter nominatam in terra Cracoviensi juxta fluvium Wyslam inter Raduanos situatam ex integro, prout ipsa ex natura successione possidebant, cum omni jure et dominio nec non omnibus et singulis utilitatibus et pertinentiis universis ad ipsam haereditatem in terra et aqua quomodolibet spectantibus, prout ipsa haereditas in suis circumferentialibus insigniis seu graniciis noscitur esse distincta et limitata, ex antiquo, nihil juris vel dominii ex nunc per se vel suis quibusvis propinquis in eadem penitus reservando, nobili viro domino Andreae dicto Myszka pro centum quadraginta marcis grossorum pragensium numeri polonicalis xlviij grossos pro qualibet marca computando, libere vendiderunt et pro una taberna in Zawada, quam in certo loco ipsis deputato per se debet aedificare, rationabiliter commutaverunt, dictamque haereditatem utroque titulo tam venditionis, quam mutationis perpetuo resignaverunt eidem domino Andreae et suis posteris legitimis perpetuis temporibus tenendam, habendam et

possidendam nec non vendendam, donandam et com=
mutandam, ac pro sua suorumque posterorum volun=
tate qualibet libere convertendam. Promiserunt in=
super praenominati fratres pro sorore sua germa=
na pro omni damno ipsi domino Andreae et suis
posteris quod per aliqualiter posset emergi ratione
venditionis supradictae, sic quod per ipsum et ejus
posteros debent indemnes reddere suis sumptibus
propriis et expensis. In quorum omnium testimo=
nium sigillum nostrum praesentibus est appensum.
Actum Cracoviae in crastino Cinerum sub Anno
Domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo ter=
tio, Praesentibus his testibus Johanne palatino
sandomiriensi, Johanne Zaia camerario craco=
viensi, Pelka marschalcone, Andrea subjudi=
ce cracoviensi, Dobeslao de Lapszow et Zakli=
ca judice de Grambinicz et aliis quam plurimis
fide dignis. Datum per manus domini Johannis
decani et cancellarii nostri cracoviensis.

(Oblatum per gen. Andream de Brzezie Ruszecki
ad acta castr. crac. fer. 6a post fest. S. Martini pontif.
1636. Libr. Relat. Tom 60 ubi memoratur originale
in pergameno scriptum sigillo pensili in cera rubra
expresso munitum fuisse.)

Urbanus V papa mandat abbati andreoviensi ut sententiam contra Johannem ducem osviecimensem ratione occupationis Abbatisvillae, Lodygowice et Piotrowice villarum ad monasterium rudense pertinentium latam exequi curet.

Avinioni, anno 1364, die 22 mensis Aprilis.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio.... Abbati monasterij in Andreow Craconiensis dioc. salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii.... Abbas et conventus monasterij in Ruda Cisterciensis ordinis Vratislaviensis dioc. petitione monstrarunt, quod olim ipsi nobilem virum Johannem Ducem Uswinczuensem, qui de Abbatisvilla, de Ludovicivilla et de Petrivilla villas Cracoviensis dioc. ad eosdem abbatem et conventum iusto

titulo pertinentes, et in quarum posessione pacifica ijdem Abbas et Conventus extiterant, contra iustitiam spoliaverat, dictasque villas occupaverat et detinebat prout detinet occupatas, fructus redditus et proventus percipiens ex eis, super hoc petendo dictas villas sibi adiudicari ac eundem Ducem ab eis amoveri seque ad ipsas restitui et reintegrari, coram . . Decano ecclesiae Glogoviensis dicte dioc. Conservatore eisdem Abbati et Conventui contra inferentes eis iniurias et iacturas super bonis et rebus ipsorum a sede apostolica per ipsius sedis litteras deputato, et habente cognoscendi de hijs que iudicialem requirunt indaginem, specialem per easdem litteras potestatem, huiusmodi litterarum vigore traxerunt in causam, et tandem Prepositus ecclesie Oppoliensis dicte Wrat. dioc. cui prefatus Decanus causam huiusmodi, postquam in ea ad nonnullos actus inter partes ipsas processerat, audiendam commiserat et fine debito terminandam, cognitis huiusmodi cause meritis et iuris ordine observato pro dictis Abbate et Conventu diffinitivam sententiam promulgavit iustitia exigente. Quare prefati Abbas et Conventus

nobis humiliter supplicaverunt, ut eandem sen=
tentiam apostolico dignaremur munimine robora:
re. Quocirca discretioni tuae per apostolica
scripta mandamus, quatinus sententiam ipsam
sicut est iusta facias auctoritate nostra appel=
latione remota firmiter observari. Datum Avini=
one X Kal. Maij Pontificatus nostri anno se=
cundo.

Registrata Gratis.
A. Alexandri.

(Ex originali pergameneo in archivo pro=
vinciali silesiensi Vratislaviae asser=
vato, cujus bulla plumbea deperdita.
In dorso legitur inscriptio: Lamber=
tus de Orsoy.)

Privilegium

quo Casimirus (Magnus) rex Poloniae civitati Skawina jus teutonicum confert.

Cracoviae, anno 1364, die 22 Maji.

Nos Kazimirus dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres: Notum facimus tenore praesentium quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris: quod civitatem nostram novae fundationis in Skawina in metis terrae nostrae Cracoviensis et incolas in ea degentes pro consolatione ipsorum qui pro tunc in ipsa fuerint speciali in suo jure debite limitato conservare volentes, gratiose ex nunc jus theutonicum quod maydeburgense dicitur, quo gaudet civitas nostra Cracoviensis cum laneis franconicis ibidem mensurandis damus eisdem perpetuis temporibus inibi duraturum; removentes ibidem omnia jura polonicalia modos et consvetudines universas quae ipsum jus theutonicum perturbare consueverunt. Eximimus insuper et perpetuo liberamus advocatum, consules, scabinos et omnes incolas civitatis nostrae praedictae ab omnibus juribus jurisdictionibus, potestatibus et poenis omnium palatinorum, castellanorum, judicum, subjudicum regni nostri et ministerialium eorundem, ita quod coram ipsis

vel eorum aliquo pro quibuscunque causis tam magnis quam
parvis, puta: furti, sangvinis, homicidii, incendii, membrorum
mutilationibus et aliis quibuscunque citati minime respon=
dere aut aliquas poenas solvere tenebuntur, sed tantum inco=
lae coram advocato, consulibus, scabinis ipsorum civitatis
nostrae praefatae qui pro tempore fuerint; advocatus vero,
consules, scabini memoratae nostrae civitatis coram nobis
dum tamen per literam nostram evocati fuerint tunc de
se quaerulantibus suo nihilominus jure teutonico mayde=
burgensi respondere sint adstricti. In causis autem crimi=
nalibus et capitalibus superius expressis advocato scabinis
et consulibus civitatis nostrae praedictae Skavinensis
judicandi, sententionandi, condemnandi et puniendi plenam
et omnimodam concedimus facultatem, prout ipsum jus
theutonicum maydeburgense in omnibus suis clausulis
postulat et requirit. Praeterea statuimus ut de omnibus
laneis quicquid habuerint intra limites dictae civitatis,
videlicet ab ista parte fluvii dicti Skawina versus Cra=
coviam per mediam marcam polonici numeri ratione cen=
sus nobis et nostris successoribus, ratione vero decimae
sex scotos grossorum pragensium singulis annis in festo
beati Martini confessoris cui de jure debuerint solvere
sint adstricti; ab altera vero parte fluvii supradicti versus
Zathor quicquid lanei ibidem fuerint mensurati, de quo=
libet laneo ratione census mediam marcam supradicti
numeri nobis et nostris successoribus, ratione vero decimae
quatuor scotos grossorum supradictorum cui de jure debu=
erint, prout superius est expressum similiter in festo sanc=
ti Martini singulis annis solvere teneantur. Pro ecclesia

etiam et rectore ipsius unum laneum agrorum ibidem ab ista parte versus Cracoviam in campo qui dicitur Babice cum duobus hortis liberos ibidem adjacentibus damus et assignamus perpetuis temporibus possidendos. Et nihilominus pro pascuis omnibus sive pro grege ejusdem civitatis pellendo locum liberum ab illa parte versus Zathor inter agros et hortos perpetuis temporibus assignamus. In quorum omnium testimonium ad evidentiam pleniorem sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum Cracoviae in vigilia Corporis Christi, Anno Domini MCCCLXIV. Praesentibus Andrea palatino cracov. Zavissa sandecen. castellano, Sirscone dobrinen. Dinissio lancicien. capitaneis, Andrea subjudice cracov. Predborio de Brzeze. Datum per manus domini Janussii cancellarii nostri cracoviensis.

177

non

Casimirus dictus magnus rex Poloniae ecclesiae parochiali in Skawina dotem assignat.

Cracoviae 1364, die 18 Novembris.

In nomine Domini Amen. Vere dignum et justum est, aequum et salutare, ut ea quae pro augendo cultu divino in laudem Summi Redemptoris principaliter et ad honorem gloriosae semperque Virginis Mariae matris ejus benedictae magnifica regum decrevit fieri authoritas scriptis authenticis et fide dignorum testimonio ad perpetuae rei memoriam roborentur. Igitur nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae Sandomiriae Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres universis tam praesentibus, tam futuris tenore praesentium declaramus: Quod pro honore civitatis nostrae in Skawina, quam de novo fundare caepimus et aedificare ac pro speciali consolatione Christi fidelium in ea degentium ecclesiam parochialem ex pia devotione nos per gratiam Dei instigante specialiter in honorem Sancti Spiritus, gloriosae Virginis Mariae et beatorum Simonis et Judae apostolorum duximus construendam et aedificandam; circa cujus ecclesiae fundationem et constructionem sane de statu rectoris seu plebani ipsius qui pro tempore fuerit,

disponere volentes de infrascriptis redditibus certis in ipsa civitate et extra, quibus perpetuo fruatur provi=dere de commode speciali et utilitate ampliori provido viro domino Petro fideli capellano nostro plebano ec=clesiae parochialis Tyniciensis primi rectoris ejusdem ecclesiae in Skawina, quem prosequimur gratia et favore speciali, ob cujus favorem ecclesiam in Skawina eccle=siae ipsius Tyniciensi supradictae tanquam filia=lem per reverendum in Christo patrem dominum Bodzanta divina providentia episcopum Cracovien=sem jungi, incorporari et perpetuo ascribi procuravi=mus eo, quia fundus dictae civitatis Skawina ad ipsi=us domini Petri ecclesiam Tyniciensem jure paro=chiali noscebatur ab aeterno pertinere hos redditus no=minatim expressos videlicet unum laneum agrorum liberum de haereditate Babicze vulgariter nomina=ta ipsi civitati adjuncta, unum hortum liberum duo quartalia agrorum continentem, unam mensam panum seu pistorum liberam, unum macellum carnificum li=berum, et unam mensam sutorum liberam, unam aream liberam pro ipsius ecclesiae sive domo plebani circa ipsam ecclesiam et aliam aream ibidem in pro=ximo pro schola in ipsa civitate aedificanda; item decimas in Chronicz et Brziczina post araturas nostras regias. Quae omnia singula praemissa libera et ab omni pensione soluta saepedictae ecclesiae in Scawyna et rectori ipsius qui pro tempore fuerit, as=

cribimus, annectimus, incorporamus et perpetuis temporibus pacifice possidenda approbamus gratiose. Volumus insuper supradictum dominum Petrum rectorem ac caeteros omnes rectores memoratae ecclesiae qui fuerint pro tempore ampliori gratia et libertate de benignitate nostra regia habere consolatos, ne post decursum temporis aliquis pro solutione aliquali nomine redditu um et possessionum ipsius ecclesiae prout superius et specialiter nominatim exprimuntur ipsum rectorem qui pro tunc fuerit impedire possit vel aliqualiter praesumat perturbare, extunc omnes et singulas possessiones ejusdem ecclesiae superius expressas in ipsa civitate Skawina et extra ab omni communitate videlicet a vigiliis seu custodiis nocturnalibus quibuscunque et a solutionibus universis tam magnis quam parvis ipsius civitatis quocunque nomine vulgari censeantur perpetuo liberamus et absolvimus nec non omnino liberos facimus penitus et exemptos, ita quod nulli alteri nisi ipsi rectori qui pro tempore fuerit, ad solutiones quaslibet et ad quaelibet jura facienda omnino sint astricti et in aevum teneantur. Ut autem haec nostra donatio et dotatio firma perpetuo permaneat: praesens privilegium sigilli nostri appensione communitum praelibato domino Petro et ejus successoribus nomine ecclesiae ipsius in Skawina saepedictae dari mandavimus in robur et testimonium omnium praemissorum. Actum Cracoviae in octava

beati Martini confessoris, Anno Domini MCCCLXIV.
Praesentibus Zauissa castellano [illegible] sandecensi, Maz-
cone cancellario dobrzynensi, Pelca marsalcone curiae
nostrae, Andrea subjudice cracoviensi, Joanne dicto
Kmitha de Visnicze et aliis multis fide dignis. Da-
tum per manus reverendi viri domini Janussii cancel-
larii nostri cracoviensis, scriptum autem per Jacobum
de Ossova notarium curiae nostrae regalis.

Joannes abbas monasterii tyniecensis Jacobo Stepkonis filio advocato de Tarnow confert facultatem locandae civitatis Brzostek jure teutonico.

Tyniec, 1367, die 16 Junii.

In nomine Domini Amen. Omnis humana actio de facili a memoria mortalium labitur et transit, nisi fuerit literarum apicibus et scripturae testimonio perennata. Proinde nos Joannes divina miseratione abbas monasterii Tynecensis ordinis sancti Benedicti cracoviensis dioecesis una nostro cum conventu de unanimi consilio fratrum nostri monasterii ante dicti notum volumus esse universis praesentem paginam inspecturis: Quod discreto viro et honesto Jacobo Stepkonis filio quondam advocato de Tarnow damus, concedimus et donamus haereditatem nostram dictam Brzostek jure theutonico continentem jus maydeburgense facientes centum mansos franconicos locare et extirpare sylvam et rubeta, necnon construere civitatem, pro qua quidem locatione praedicto Jacobo et suis legitimis successoribus damus ibidem advocatiam, quatuor mansos liberos, duos de cultis agris et duos super sylvam, tertium denarium judicii, sextum denarium de censu de residuis laneis mensuratis ibidem

de sylva eodem jure fruatur. Cameras pannorum, institas, macella carnium, bancos sutorum, mensas panum, balneum, mactatorium, quod vulgariter Kutelhof dicitur, et omnium artificum quodcunque sibi placuerit pro sua utilitate, molendinum in Visloka et in Slona quotquot molendina poterit construere, piscinas cum piscibus, venationes omnium volucrum nec non cunctarum ferarum, piscaturas piscium in omnibus fluviis qui sunt et erunt in suis limitibus praedictae civitatis, hortos ante civitatem, prata jacentia in littore Vislocae per medium nobiscum dividentes; quodcunque sibi necesse fuerit, pro utilitate dictae civitatis, omnia jam praenominata in perpetuum libere possidendum. Item gades extenduntur et ostenduntur per haec signa: Primo per publicam stratam quae per Kleccze ducit ad rivulum qui vulgariter nuncupatur Dubszna a dextris eidem existentem, a sinistris vero ad Antiquam villam adjungentes et per eundem rivulum usque ad lacum, a lacu vero per viam magnam directe ad fluvium magnum vulgariter dictum Visloka, deinde per viam quae principium sumit de curia plebani de Kleccze usque ad pontes qui in vulgari dicuntur Mosciszka, deinde cum Rosmiszow et cum Czeszenia et cum Camenica nostra haereditate. Etiam damus et concedimus eidem nostro advocato, quod omnes cives nostri et incolae in Brzostek debent molere in suis molendinis et non in aliis secundum jura et consvetudinem terrae. Insuper

confirmamus authoritate saepedicto Jacobo nostro advo=
cato, quod omnes maleficos, qui deprehensi fuerint in ci=
vitate dicta jam aut extra civitatem intra limites ejus=
dem civitatis pro qualicunque parva vel magna causa cri=
minali vel non criminali jure maydeburgensi debet judi=
care. Et si eidem (cui) illata fuerit injuria (fuisse) facta
non restitutum justitiae complementum opprimetur
et injustitia afflictus esset, quod absit, extunc trahat se
ad nostrum judicium sive ad curiam cum XXV solidis.
Damus etiam pro pascuis unum mansum pro civitate et
pro ecclesia secundum mansum rectori ejusdem civita=
tis ecclesiae pro salute nostra nec non successorum nos=
trorum. Absolvimus etiam et liberamus dictum Jacobum
advocatum nostrum et omnes cives sive incolas ibidem com=
morantes ab omni judicio et jurisdictione castellanorum
judicum et subjudicum et eorum omnium officialium
quod non teneantur respondere coram aliquo nisi suo
jure maydeburgensi. Concedimus insuper omnibus civi=
bus et incolis a data praesentium de cultis agris VIII an=
nos et de incultis vero XX annos omnimodam libertatem;
expirata autem libertate praedicti cives et incolae solvent
nobis singulis annis in festo beati Martini pro censu de
quolibet manso per novem scotos grossorum pragensium
usualis monetae et pro decima fertonem rectori ecclesiae
de Kleccze exhibebunt. Honores vero ter in anno nobis
et nostris successoribus ministrabunt, videlicet in Nativi=
tate Domini, in Pascha et in Pentecosten. Advocatus autem
praenominatus serviet nobis in equo valente II marcas
in pancerio sub slapa cum clypeo et hasta. Insuper conce=

dimus Jacobo advocato nostro et suis legitimis successo-
ribus liberum arbitrium eandem advocatiam, vendendi,
donandi, commutandi vel quocunque modo in alienam per-
sonam transfundendi, prout sibi utilius videbitur expe-
dire. verum praedictamquam personam nos duximus (eri)
acceptandam. Ut igitur haec universa et singula invio-
labiliter perpetuo tempore perseverent, praesentem pa-
ginam nostro sigillo nostrique conventus duximus robo-
randam. Datum Thynciae in crastino Corporis Christi
Anno Domini MCCCLXVII; Praesentibus his testibus:
Alberto priore, Raphaele clavigero, Simone custode, Gre-
gorio, Joanne fratribus monasterii nostri antedicti et
Nicolao plebano de Ruscza, Stanislao plebano nostro de
Tuchow et Phalislao judice curiae nostrae et aliis quam
plurimis fide dignis.

Privilegium

quo Casimirus dictus magnus rex Poloniae villam Mniszkowice monialibus et monasterio in Staniąthi vendit.

Cracoviae, 1367, die 3 Augusti.

In nomine Domini Amen. Cum omnes venditiones emptiones, resignationes, et contractus qualescunque nullum robur perpetuae firmitatis valeant obtinere, nisi solemni titulo, litterarum et fide digno testimonio perennantur: Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomoraniae, Russiaeque dominus et haeres, Notum facimus tam praesentibus quam futuris quibus expedit universis: Quod nos villam nostram regalem vulgariter dictam Mniszkowice in terra cracoviensi prope Bochnam situatam ad nos legitime pertinentem monialibus et monasterio earundem in Staniąthki vendidimus et irrevocabiliter in perpetuum resignamus cum omni libertate jure et dominio quemadmodum soli tenuimus et possedimus pro centum viginti marcis grossorum pragensium numeri polonicalis, quadraginta octo grossos bohemicales marca pro qualibet computando, nihil juris aut do-

minii in eadem haereditate nobis aut nostris sequacibus penitus reservando prout dicta haereditas in suis limitibus longe lateque ab antiquo est distincta et limitata, cum omnibus fructibus, censibus, utilitatibus, videlicet agris, pratis silvis, boris, gais, mericis, rubetis, mellificiis, aquis, aquarum decursibus, piscinis, molendinis ac generaliter cum omnibus et singulis fructibus qui nunc ibidem sunt, aut in posterum quoquomodo poterint suboriri, per easdem moniales et monasterium ipsarum praedictum perpetuis temporibus habendam, tenendam, possidendam, vendendam, commutandam ac pro sua commoditate quomodolicet convertendam. Quam quidem emptionem, venditionem et resignationem per nos sic rite et rationabiliter factam ratam habentes, ipsam approbamus, roboramus et perenniter confirmamus; harum qvibus nostrum sigillum praesentibus est appensum testimonio litterarum. Actum et datum Cracoviae in vigilia beati Dominici confessoris, Anno Domini MCCCLXVII. Praesentibus Petro palatino sandomiriensi, Zauissa castellano voyniciensi, Bodzata procuratore generali, Predborio subdapifero, Andrea subjudice cracoviensibus, Dobeslao de Lawsow, Clemente de Mlinoga haeredibus et aliis valde multis fide dignis. Datum per manus dominorum videlicet domini Janussij decretorum doctoris et cancellarii cracoviensis, nec non domini Joannis de Czarnkowo vicecancellarii regni nostri. — Ad mandatum domini regis speciale per me Clementem.

Casimirus Magnus rex Poloniae Wychoni scultetiam in villa Budzow jure theutonico locandam confert.

In Lanckorona, Anno 1369, die 15 mensis Maji.

In nomine Domini Amen. Quoniam omnium habere memoriam plus esse noscitur divinum quam humanum: proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres etc. Notum facimus tenore praesentium quibus expedit universis, utilitates regni nostri per locationes sylvarum cupientes adaugere, nec non Wychonis et filiorum suorum laborem et discrimen considerantes, exnunc sibi scultetiam cum filiis suis in villa nostra regali Budzowa

vulgariter nuncupata viginti quatuor mansos duas partes seu portiones, Floriano vero filio suo seniori tertiam partem sculteliae in villa praedicta in terra cracoviensi prope Lanczkoruna in fluvio Palcza dicto sita, incipiendo a monte Zarth inferius et penes fluvium Palcza praedictum, usque ad torrentem minorem Paleczka nuncupatum, qui incipit a monte Kielczowka et complet meatum suum in majorem Palcza, ratione locationis, servitii et reformationis, servitii et reformationis damus annectimus atque incorporamus cum juribus et pertinentiis infrascriptis, videlicet octo mansos liberos, duo molendina cum duabus rotis et piscinis quotquot ibi facere poterint, unam tabernam, mensam panniciidariam, fabrum, sutorem sartorem in villa praenominata tertium denarium de qualibet re judicata, decimum grossum de censu id posteri perpetuis temporibus habebunt et liberi obtinebunt cum omni potestate vendendi, commutandi et prout ipsis et eorum successoribus utilius videbitur expedire. Item unum mansum pro

ecclesia et alium pro pascuis itidem deputamus. Cmethones vero praedictae villae expirata libertate ipsis concessa viginti annorum, nobis pro censu singulis annis per octo scotos solvere tenebuntur. Servire autem unus ex praedictis cum una balista in equo valore quatuor marcarum ad quamlibet expeditionem generalem sit astrictus. Ut autem dicta villa citius, commodiusque valeat incolari, ex nunc ipsum de jure polonico in jus theutonicum et magdeburgense dictum transferimus ibidem perpetuo duraturum, removentes inibidem omnia jura polonicalia, modos et consvetudines universas. Absolvimus insuper ac liberamus praedictum scultetum et omnes incolas villae praedictae Budzowa praesentes et futuros ab omni jurisdictione et potestate omnium et singulorum palatinorum, castellanorum, capitaneorum, dignitariorum, judicum, subjudicum caeterorumque officialium regni nostri, ita quod coram ipsis aut aliquo pro causis parvis et magnis, puta furti, incendii, sangvinis effusionis, homicidii et aliis quibuscunque enormibus excessibus citati minime respondebunt, nec aliquas poenas solvere tenebuntur: sed cmethones et incolae villae praedictae, qui pro tempore fuerint,

coram suis advocatis, advocati vero sive sculteti coram nobis, dum tamen per literam nostram evocati fuerint tunc de se quaerulantibus jure eorum praedicto respondere tenebuntur. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressis eisdem sculteteis judicandi, sententiandi et condemnandi plenam concedimus potestatem prout dictum jus theutonicum in omnibus suis articulis postulat et requirit. In quorum omnium testimonium praesentes scribi jussimus sigilli munimine roborari. Datum et actum in Lanczkoruna feria tertia infra octavas Ascensionis Domini, Anno a nativitate ejusdem Millesimo Tricentesimo sexagesimo nono. Praesentibus Swietoslao camerario, Prandota Sarnoch, Spitkone subpincerna sandomirien Clemente de Mlinoga, Cristino de Ostrow militibus, Przeslao de Wola, aliisque pluribus fide dignis. Datum per manus domini Joannis de Czarnkow vicecancellarii regni nostri. Scriptum vero per Clementem notarium aulae nostrae regalis.

(Ex transsumpto Casimiri Jagiellonidis regis Polon. dato ad praeces gener. Stanislai de Brzezie in Laczkoruna curiensis regii, in Comitiis Piotrcovienсibus generalibus dominico die S. Pauli conversionis 1478 dato - oblato per nob. Paulum Golkowski ad acta castr. crac. fer. 3a post domin. Misericordiae 1614. Libr. Relat. Tom. 40)

non

Privilegium

quo Derslaus haeres de Chrząstowice tracturam cymbarum de lacu prope Łączany jacenti monasterio tyniecensi donat.

Cracoviae 1370, die 8 Julii.

Noverint universi ad quos praesens scriptum fuerit revolutum: Quod nos Derslaus haeres de Chranstowicz et dapifer cracoviensis sani mente non compulsi nec coacti sed bona et sincera voluntate unam tracturam cimbarum quae vulgariter dicitur Wiuloka per quam solebant piscatores cimbas trahere de lacu in Visulam jacenti prope Lanczany pro remedio et salutis animae nostrae ac propinquorum nostrorum reverendo in Christo patri et domino Joanni miseratione divina abbati suisque successoribus ac suo conventui monasterii tynecensis dignum duximus conferendam, tenendam, habendam et perpetue valituram. Ad quam tracturam praedicti lacu nullus fratrum et amicorum nostrorum nullum jus habeant et in posterum alicujus impeditionis non habebunt. Ut autem haec donatio praedictae tracturae a nobis perpetualiter robur obtineat firmitatis: ad cujus rei testimonium et evidentiam ampliorem nostrum sigillum praesentibus est appensum;

praesentibus honorabilibus viris domino Marcone haerede de Rudno, Tomcone haerede de Zaramboczyn, Vroczslao haerede de Cokzonow, Matthia praeposito de Stanietki, Bogdano plebano de Liszek, Jacobo notario domini abbatis tynciensis et aliis quamplurimis fide dignis. Datum Cracoviae in die sanctae Elizabeth viduae et matris, Anno Domini M.CCC.LXX.

Ludovicus rex Hungariae et Poloniae cum consorte sua Elisabeth resignat et promittit non usurpare unquam principatus et ducatus regni Bohemiae videlicet ducatus: Wratislaviensem, Swidnicensem, Jaurensem, Monsterobergensem, Legnicensem, Bregensem, Olsnicensem, Glogoviae et Crossin, Saganensem, Opuliensem, Falkenbergensem, Strelicensem, Teschinensem, Ratiboriensem et Opaviae, Coslensem, Bytumensem, Wsvicinensem, Stinaviae et Gorensem, nec non Marchionatus Moraviae, Lusatiae, Budissinensis et Gorlicensis. – In Wysegrad, in festo S. Trinitatis (d. 23 Maii) 1372.

Oryginał pergam. w Archiwum cesarskiem w Wiedniu, z 2 pieczęciami Króla i Krolowej (s. elisab. reg. hung. iunior.) – druk w Grünhagen u. Markgraf: Lehns- und Besitzurkunden Schlesiens I pag. 17, Nr. 8.

Wenceslaus Bohemiae rex Ducatum Oswiecimensem jure feudi confert Premislao Duci Thessinensi. Anno 1372.

—

Powyższa treść w Inventarium Cracov. pag. 228. – i w Grünhagen II p. 578 No 3.

Gregorius XI papa Cracoviensi, Wratislaviensi et Marsicano episcopis executoribus Sedis apostolicae mandat, ut pro Jacobo cardinali S. Georgii ad Velum aureum sententiam ratione decimarum scholastriae Cracoviensis per Johannem II Ducem Oswiecimensem occupatarum latam exequantur.

Apud Villamnovam, Anno 1375 die 1 mensis Junii.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus Cracoviensi et Wratislaviensi ac Marsicano episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Exponit nobis dilectus filius noster Jacobus sancti Georgii ad Velum aureum diaconus Cardinalis, quod olim quondam Arnaldus de Caucina, Scholasticus ecclesiae Cracoviensis in causa per eum contra quondam Johannem Ducem Oswancinensem, qui praefatum Arnaldum nonnullis

decimis ac integris et dimidiis fertonibus decima=
libus tunc expressis in dicta diocesi consisten=
tibus, et ad Scolasticum dictae ecclesiae pro tem=
pore existentem, et ejus Scolastriam de anti=
qua et approbata et hactenus pacifice observata
consvetudine pertinentibus, et in quorum possessio=
ne dictus Arnaldus existebat, spoliarat, mota
quondam in partibus primo, deinde duas alias
diffinitas sententias in palatio apostolico repor=
tavit, quodque dictus Cardinalis, cum praefatus Ar=
naldus, antequam apostolicas litteras super exe=
cutione hujusmodi sententiarum impetrasset, fuis=
set vita functus, nosque eidem Cardinali de dic=
ta Scolastria providissemus, super executione hu=
jusmodi sententiarum nostras ad vos sub certa
forma litteras impetravit, tuque, frater epis=
cope Marsicane, solus in hujusmodi executionis
procedens negotio, prout ex dictarum forma po=
teras litterarum, contra eundem ducem nonnullos
processus fecisti in talibus fieri consuetos. Cum
autem sicut eadem expositio continebat, dilectus
filius nobilis vir Johannis dux Oswancinensis
dictae diocesis, praefati quondam Johannis
filius et haeres, qui Ducatum Oswancinensem
tenet, praefato quondam Johanni Duci sciente
succedens in vicium, decimas et fertones praedictos

detineat indebite occupatos, pro parte dicti Cardi=
nalis nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere
ei in praemissis de benignitate apostolica digna=
remur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus
inclinati, fraternitati vestrae per apostolica
scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut
unus vestrum per vos vel alium seu alios
legitimis super hiis per te, Episcope Marsi=
cane, in hujusmodi executionis negotio habitis,
servatis processibus, eosdem processus, prout
justum fuerit, auctoritate apostolica aggra=
vetis, et contra dictum Johannem natum, si
in Ducatu et vitio hujusmodi successerit, ut
praefertur, perinde auctoritate praedictarum
litterarum nostrarum procedatis, ac si prae=
fatae sententiae diffinitivae contra eum latae
et litterae ipsae impetratae fuissent, invocato
adhoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecula=
ris, contradictores per censuram ecclesiasti=
cam, appellatione postposita, compescendo,
Non obstante, si eidem Johanni nato vel qui=
bus aliis communiter vel divisim a praedicta
sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel
excommunicari non possint per litteras apos=
tolicas non facientes plenam et expressam ac

de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, Kalendas Junii, Pontificatus nostri Anno Quinto.

(I No. 975 p. 723)

non

Albertus abbas monasterii tyniecensis approbat venditionem sculteziae in villa Zborowice per relictam viduam Krzczononis et Derslaum Martino de Wiacowa.

Tyniec, 1376, die 10 Aprilis.

Nos Albertus miseratione divina abbas, totusque conventus monasterii Tynecensis ordinis sancti Benedicti cracoviensis dioecesis notum facimus quibus expedit universis quod cum de Anno Domini MCCCLXXVII, Quinta feria ante diem Paschae per Derslaum Scoltetum Eliam Paulum Smolen, Mathisium Slotco, Jascōnem Bali, Victorem et Bartkonem Jasconem Scabinos judicium theutonicale in nostra villa Zborowice fuisset bannitum coram quo judicio bannito nobilis Domina relicta Krczanonis ibidem sculteziza cum Sinislao, Dobcōne, Jacussio, Andrea, Lussone suis notis parte ex una partes tres et Derslaus scultetus praedictus ibidem parte ex altera partem quartam sculteziae ibidem in Zborowice villa praedicta personaliter constituti confitebantur seu confessi sunt se vendidisse pro CXX marcis grossorum pragensium nobili viro Martino de Wiacowa haeredi et suis successoribus

legittimis vero titulo venditionis jure haereditario perpetuo, cum toto jure possessionibus proventibus et pertinentiis universis, prout ipsae possessiones proventus et pertinentiae ipsius sculletiae in principalibus literis seu privilegiis locationis plenius continentur eidem quoque Martino dictam sculletiam cum praemissis possessionibus, proventibus, juribus et pertinentiis universis non compulsi non coacti nec per aliquem errorem seducti sed bona animi sua deliberatione praehabita ibidem in judicio resignaverunt tenendam, habendam, conveniendam, locandam, donandam, vendendam et ad usus suos beneplacitos convertendam. Nos vero Albertus abbas, Gregorius prior, Simon custos, Jancius praepositus, Andreas claviger una cum caeteris fratribus coventus nostri memorati, cupientes praedictam venditionem et resignationem rite ac rationabiliter factas extitisse, unanimi nostro de consensu easdem approbamus, confirmamus et ratificamus Martino praelibato dictam sculletiam sic ut praemittitur per ipsum emptam sibique in jure praedicti judicii nostri resignatam totaliter cum praedictis possessionibus, juribus, proventibus et pertinentiis universis cum consensu conventus nostri memorati conferentes. Harum quibus nostrum et nostri conventus sigilla praesentibus sunt appensa. Acta sunt haec praesentibus nobilibus viris Clemente Abraam de Zim=

na wodka, Matthia de Bramburk haeredibus, Bogussio rectore ecclesiae et Vascone cmethone de Zborowice testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis, et datum in capitulo nostri Monasterii.

Joannes de Melsztyn castellanus cracoviensis testatur Albertum abbatem monasterii tyniecensis villam Zdonia sibi invadiasse.

Cracoviae 1377, die 1 Januarii.

Nos Joannes castellanus cracoviensis recognoscimus quibus expedit universis: honorabilibus ac religiosis viris domino Alberto abbati totoque conventu monasterii Tynecensis ordinis sancti Benedicti: super haereditatem dictam Zdana circa fluvium Dunaiec locatam quadraginta marcas grossorum pragensium concessisse censum autem ob remedium salutis nostrae quolibet anno super easdem quadraginta marcas eisdem dominis domino Alberto abbati et suo conventu de eadem haereditate dicta Zdania quem percepiemus promittimus defalcare et eandem haereditatem tam diu tenebimus in obligatione, quousque quadraginta marcas de pecunia censuali de dicta villa percipiemus; perceptis ex integro de censu quadraginta marcis, extunc dictis dominis haereditatem ipsorum praenotatam sine omni pecunia restituere sine qualibet dilatione nos obligamus. Si autem dictus dominus Albertus abbas cum suo conventu haereditatem saepe no-

minatam antequam quadraginta marcas de pecunia cen=
suali percipiemus voluerint redimere: tunc defalcata
pecunia censuali quam percipiemus, residuam partem
pecuniae accomodatae nobis solvere sint astricti de hae=
reditate se intromittentes. In cujus rei testimonium ac
evidentiam clariorem praesentes nostro sigillo jussimus
roborari. Actum et datum Cracoviae feria sexta infra
octavas Nativitatis Christi, Anno a Nativitate Domi=
ni MCCCLXXVII. Praesentibus his testibus: Spit=
cone filio nostro, Nicolao haerede de Burzini, Simone
haerede de Nerodzimice, Joanne de Pawlikowice haere=
dibus et aliis quam pluribus testibus fide dignis.

Privilegium

Premislai ducis teschinensis, quo resignationem villae Witanowice nomine dotalitii per Sdislaum de Witanowice uxori suae Catherinae, confirmat.

Oswiecim, a. 1377 d. 25 Novembris.

Nos Prsemisslaus dei gracia dux Tesschinen. notum facimus tenore presencium universis. quod constitutus in nostra presencia fidelis noster dominus Sdisslaus de Witanowicz villam suam Witanowicz antiquam cum omni dominio videlicet ecclesia ducali et omnibus aliis pertinencijs suis et utilitatibus sicut ipse eandem possidere dinoscitur, et sicut ipsa in suis granicijs consistit Katherine conthorali sue legittime nomine veri dotalicij in octuaginta marcis polonicis grossorum pragensium et in casu, quod dicta villa se ad valorem octuaginta marcarum non extenderet, extunc villam suam Witanowicz novam in supplementum dictarum octuaginta marcarum eidem conthorali sue, juxta terre oswiecimensis consvetudinem resignavit, ad ma-

nus Zegothe de Czwyencsig et Jacussonis de Jawisschowicz, notant quod (in Witanowicz nova non plus habere deberet nisi quantum et si in Witanowicz antiqua octuaginta marcas in valore habere non posset complere. Nos itaque hujusmodi resignationem tanquam ratam et gratam de verbo ad verbum prout superius facta describitur, de nostre potestatis plenitudine auctoritate presentium confirmamus duraturam in sui roboris firmitate, presencium sub appensione nostri ducalis sigilli testimonio litterarum. Datum Osswieczim in die sancte Katherine, Anno Domini Millo CCCo septuagesimo septimo, Presentibus strennuis domino Jascone de Wilēmowicz, domino Maczkone de Bickaw militibus Sulisslao de Brzeznicz, Wrochnone Malcze et aliis pluribus fidelibus nostris et dilectis, per Karolum notarium nostrum.

(Ex originali pergam. cum sigillo pendente in taeniola pergamenea rubri coloris in cera expresso (in quo extat aquila polonica cum capite versus dextram cum hac epigraphe: S. Premisslai Ducis The.) typis vulgato in: M. Wiszniewskiego: Historya literatury polskiej. Kraków 1840 Tom II pag. 488)

(Item ex libro manuscripto: Inscriptionum conventus S. Catharinae pp. Augustianorum in Casimiria fol. 319-320)

Ex originali apud K. Swidzinski asservato.

Albertus abbas monasterii tyniecensis commutatione facta Dobkoni haeredi in Bączal villam Lisowek parvum pro medietate villae Bączal cedit.

Cracoviae, 1378, die 10 Februarii.

In nomine Domini Amen. Nos Albertus Dei patientia abbas una cum conventu monasterii Tynecensis notum facimus tam praesentibus quam futuris quibus expedit universis: Quomodo considerantes dicti nostri monasterii profectum et utilitatem in villis et bonis infrascriptis, cum Dobkone haerede in Bączal jacente a parte villae nostrae .... cum areis, hortis structuris et aedificiis in eadem medietate locatis ac intervallis spatiisque terrae .... areis usque ad littora fluvii dicti Tsczenicza protensis, qui fluvius habet et facit in dicta villa Banczal meatum .... et molendino cum piscinis in quacunque parte dicti fluvii fuit locata vel in posterum fuerint locanda .... Dobcone et ipsius successoribus exceptis super quae nobis et nostris successoribus nullum ex praemissis locare licebit, damus et dedimus, incorporavimus Dobconi saepefato et suis legitimis successoribus perpetualiter appropriamus adscribentes villam vulgariter nuncupatam Lisowiec

prout est in suis granitiis et limitibus in longum latum=
que situata ac circumferentialiter distincta cum omni
jure et dominio quod nobis in eadem villa competebat.
In cujus rei testimonium et evidentiam pleniorem nos=
trum et nostri conventus sigilla praesentibus sunt ap=
pensa. Actum et datum Cracouiae, in die beatae Scho=
lasticae virginis, de Anno Domini MCCCLXXVIII;
Praesentibus nobilibus viris Dominis Mscizugio subca=
merario cracoviensi, Nicolao de Burzyno, Miroslao
de Neskowo, Joanne de Wilpino, Czadrone de Kidow,
Seczeslao de Janowicze, Pascone de Riglicze haeredi=
bus testibus ad praemissa.

Statuta

Confraternitatis presbyterorum terrae osvietimensis, per Florianum a Mokrsko episcopum cracoviensem confirmata.

Cracoviae a. 1378 d. 12 Maji.

In nomine Domini Amen. Nos Florianus divina et apostolicae sedis providentia episcopus cracoviensis praesenti transsumpto publico ad universorum quorum interest notitiam volumus devenire: Quod constitutus coram Nobis discretus vir Petrus rector mediae partis ecclesiae de Osviecim et canonicus plocensis, de consilio et petitione sua, et suorum collegarum videlicet confratrum rectorum ecclesiarum in terra osviecimensi et districtu constitutorum et existentium, quorum nomina hic nominantur praesentium et futurorum, praesentium Michaelis rectoris alterius partis in Osviecim, Pauli de Grodziec, Bartholdi de Kenty, Mathiae de Dwie Kozy, Nicolai de Lipnik, Petri de Villa Bartholdi, Mathiae de ~~[illegible]~~ Villa Scriptoris, Nicolai de Osiek, Nicolai de Antiqua Wilamowice, Nicolai de Jawiszowice, Michaelis de Zathor, Nicolai de Spytkowice, Joannis de Tłuczan, Bartholdi de Markowa Poremba, Clementis de Wieprz, Mathiae de Klecza, Joannis de Barwald,

Stanislai de Gieraltowicze, Fridlini de Polonka, Nicolai de Villa Hartmanzy, Alberti de Mucharz et aliorum in terra osviecimensi existentium, qui in regestro eorum continebantur, eorum nomine Nobis humilliter supplicarunt, ut quaedam statuta super confraternitate infrascripta, per eos edita, authoritate Nobis expressa confirmaremus: Quorum statutorum tenor sequitur in haec verba: —

In nomine Domini Amen. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo Octavo, Nos plebani ac rectores ecclesiarum in terra osviecimensi constituti, convenientes in unum, invocata Spiritus sancti gratia, et ejusdem favente clementia, ea quae salutis suae et honestatis sunt, pertractantes et disponentes, fraternitatem inter se constitui cupientes juxta illud B. Petri Apostoli: Estote fraternitatis amatores, et illud mutua in vobismet ipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudine peccatorum, ipsa enim permanet ut dicit B. Bernardus est fons praecepti nunc vestis nuptiarum, imo ut Joannes Apostolus ait: Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet et Deus in eo. Hoc inter se revolventes et pertractantes, praesentem fraternitatem ediderunt, eligentes duos patronos scilicet Spiritum S. et Matrem misericordiae Mariam semper virginem gloriosam, in quorum honorem quater in anno haec fraternitas ab ipsis celebrabitur, ut videlicet ex hoc vigor et fervor verae societatis et dilectionis inter eos ardeat, recor-

datur dicente Domino: In hoc cognoscent omnes quod mei estis discipuli si dilectionem habueritis ad invicem, et ut etiam ex hoc lucerna lucens, hominibus tali praeferatur exemplo juxta illud evangelium Mathaei: Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est. Ut igi= tur haec fraternitas per ipsos edita, ab omnibus firmi= ter et inviolabiliter observetur, data verbotenus ac ma= nuali promissione facta, ipsorum confirmationem cura= verunt per haec verba: =

Ego Petrus rector mediae partis ecclesiae de Osvie= cim promitto per haec Sancta evangelii Dei, obedire provisoribus fraternitatis, in omnibus licitis et hones= tis secundum formam statutorum ipsorum salvo ta= men jure praelatorum ut autem ii hoc magis ac magis ad obediendum honestati et pietati sint adstricti et ut mores eorum atque actus in melius reformentur, sicque volubilitate temporum atque proposita omnium sae= pius immutantur et ne aliquis frater per inertiam seu malitiam hujusmodi devotam atque decentem frater= tatem disrumpere seu fraude in posterum valeat aut praesumat, quod forsan evenire posset, si tanquam ac= ceptabilis unusquisque pro suo viveret libitu volun= tatis: quamobrem pro memoriali observatione praefatam fraternitatem in scriptis redigentes, duos ex fratribus eligentes, qui per unius anni spatium sint rectores, cus= todes, provisores dictae fraternitatis et omnium et sin= gulorum ad ipsam pertinentium fraternitatem, quibus alii fratres in omnibus licitis et honestis, quae ad Dei omnipotentis et Omnium Sanctorum honorem et salutem

eorum spectare demonstrantur, sine omni contradictione sub
fide praestita obedire teneantur. Isti duo cum summa dili:
gentia dictent et ordinent et conscribant quotiescunque iis
videbitur et ad utilitatem fratrum, et ad honorem sacerdota:
lem sit proficuum et honorificum, quae autem scripserint
sive statuerint, coram fratribus recitent, et si placuerit
omnibus sive parti majori sive seniori ponantur, et sub ju:
ramento priori firmius observetur, ut sic succedenti tempore
in omni devotione suscipiat fraternitas incrementum. —
Item praedicti duo provisores ad celebrandam eandem fra:
ternitatem de loco congruo provideant ac patres per litte:
ras suis sigillis convocent, quos etiam sub poena sta:
tuti convocare possunt et debent, cum ingruerit necessi:
tas conveniendi vel quoties videbitur opportunum. —
Item praedicti duo provisores tollant quae tollenda sint
et haec juxta suas conscientias et sub bona fide fratribus
disponant pro utilitate atque honestate fraternitatis,
prout eorum discretioni videbitur expedire: ita tamen
ut anno eorum regiminis expleto, coram fratribus compa:
reant de omnibus sibi commissis rationem reddant, tum de
omnium fratrum consilio iidem religantur ad offici:
um quod gerere honeste ac fideliter ~~[illegible]~~ pera:
gendum pro vigili cura quisque stare atque laborare
pro negotiis nec non pro honore fratrum sint adstricti. =
Primo itaque notandum quod ex omnium rectorum volunta:
te atque statuto nullus ad fraternitatem recipi debet
nisi sit plebanus bonae famae et conversationis, laicis
omnibus plene exclusis, nisi forsan de communi consilio
fratrum ad participationem omnem aliqua fide digni et ho:
nesti recipiantur: qui tamen sic receptis eorum consiliis

seu mensae non liceat interesse, nisi per fratres specialiter ad hoc vocarentur. — Item si litera provisoris apud aliquem fratrem remanserit et hoc fratres neglecti fuerint et non venerint, pro quolibet fratre non veniente solvat dimidium grossum. — Item quilibet praemonitus sit superpelliceo et stola, nec chorum cum calcaribus et sine superpelliceo intrare quisquam praesumat, honore invicem supervenientes specialiter in ecclesia et in mensa ita ut Seniores habeant locum primum, mediocres medium et minores ultimum, nam et statuta patrum honorē volunt Senioribus impendi. — Item sciendum dum ad fraternitatem vadunt, mane veniant et in prima missa omnes existant; et quia quorundam tarditas seu negligentia communitatem saepius impedire consuevit: statuimus ut qui ante evangelium primae missae non venerit ad fraternitatem, solvat medium ponderis (pundg) vel qualiter inter se poenam condictaverint. Qui vero ante evangelium secundae missae non venerit solvat unum pondus nam mora sua cuilibet debeat esse nociva. Cum autem ante evangelium tertiae missae non venerit solvat alterum dimidium pondus, nisi tamen habent rationabiliter causam ipsum excusantem. — Item intra missam cereos ardentes in manibus habeant secundum illud in evangelio Lucae: Et lucernae ardentes in manibus vestris. — Item tres missae cantandae dicantur videlicet: de Domina nostra, pro defunctis et de Spiritu Sancto. — Item intra has missas alium legantur secundum ordinationem provisorum. — Item post missam primam fiet processio, quam missa sequatur pro defunctis. Post hoc exhortatio fiat ad populum brevis et utilis,

et summa missa sequens. Expletis omnibus missis aliis, omnibus exclusis, fratres inter se de suis negotiis pertractent, nec prius ad mensam properent, donec omnia ipsa negotia quae tractanda sint vel fuerint sobrio vultu terminent. — Item in mensa fratrum nulla sit alia persona nisi fratres tantum sint et si quis fratris fuerit domesticus solvet poenam. — Item illa die nullus frater ad tabernam intret nec scandala generentur, sed unusquisque ad propria omni cum honore remeare. — Item quicunque frater per ludum cassorum vel globifactionum aut in alea quidquid acquisiverit, quantum lucratus fuerat seu perdiderit, tantum fratribus solvat, cum in ludis talibus seu talibus abusionibus integritas desit avaritiae, charitis aboit dehonestas seu clericalis honoris offensio, reatus scandalumque plurimorum oriatur proximorum. Unde formidandum est illud dictum evangelii: Qui scandalisaverit unum ex his pusillis qui in me credunt, expedit ut suspendatur ei mola asinaria in collo ejus et demergatur in profundum maris. Et illud beati Gregorii: Tot mortibus est dignus praelatus, quot mala exempla ad subditos mittit. — Item statuimus quod nullus frater ad choreas vadat nique chorizare praesumat; quod si factum fuerit, poenam solvat, quia in talibus testante Bernardo fit derisio Crucifixi et illusio Passionis Ejus. — Item si aliquis ex fratribus infamis fieret de aliquo vitio criminali, provisores ad se occulte vocet et benigne ac fraterne admone ut excessus suos corrigat et emendet et si se correxerit bene quidem, sin autem ipsum coram omnibus fratribus accusent, ut super hoc publice arguatur. Et si se ipsum et ipsorum omnium correptionem et admonitionem emendare

noluerit et incorrigibilis perseveraverit et si crimen ipsius notorium fuerit, a consortio fratrum extunc coerceatur et ab ipsis tanquam alienus quousque vitam suam emendaverit reputetur: cum fraternitas non debeat esse iniquitatis commercium vel scutum, seu potius charitatis commercium et aggregatio virtutum. — Item si aliquis frater infirmatur ac extremam horam imminere senserit, coram duobus fratribus et aliis viris idoneis testamentum faciat et de omnibus bonis suis mobilibus disponat et sub testimonio ipsorum scribi faciat et statuat executores testamenti, tunc non erit quod impediri possit quemadmodum testatoris ultima voluntas in omnibus impleatur; ipso vero mortuo duo ex fratribus in dote ad implendum testamentum et ad confirmandum fratres ad peragendum exequias et ad usum futuri plebani seu rectoris integraliter conservent, praebent et conscribant. — Item audita morte fratris duo viciniores fratres veniant sub poena statuti qui vigilias de vespere circa funus defuncti psalterium legant, si fieri poterit mittere nuncios ad portandum dirigant et convocent. — Item audita missa fratres in singulis fratrum ecclesiis campanae ter pulsentur et vigiliae dicantur, mane autem facto omnes fratres cum suppellicis et stolis ad ecclesiam pro exequiis fratris veniant et singuli singulas missas pro defuncto legant, tres tamen missae cantando dicantur. — Item cum non in foliis verborum seu exterioris apparentiae sive devotionis tantummodo fraternitas consistere debeat, sed in radice potius charitatis fructuosae, ut qui diligit in articulo extremae necessitatis efficaciter signis ac

semper diliget, quia ut dicitur: Omni tempore diligit qui amicus est et frater in angustiis comprobatur (Proverb. 7.): statuimus quatenus unus quisque frater per octavam vigilias dicat, et in triginta missis defuncti fratris memoriam facere sit astrictus; pro confratre vero et sorore, quia vere ad participationem orationum a fratribus sunt recepti; octo missas cum tribus vigiliis quilibet frater persolvere teneatur, et per octavam triginta Pater Noster et totidem Ave Maria explere sit adstrictus, cum sancta et salubris sit cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur, ut habet Machab. 12. Itaque usque ad anniversarium fratris memoria singulis dominicis diebus a fratribus habeatur et anniversarium ejus cum vigiliis et missa pro defunctis peragatur. — Item statuimus ut viciniores fratres sub virtute praestiti juramenti teneantur vicinos suos in quantum fecerint statuta fratres excessivos senioribus charitative denuntiare, quod si non fecerint, perjuri comprobentur.

Quibus quidem nostris statutorum ostensis et exhibitis per eundem Petrum supradictum Nobis extitit humiliter supplicatum ut hujusmodi Statuta per notarium nostrum transumeremus authoritate nostra ordinaria confirmaremus: Nos igitur praedictae petitioni utpote justae favorabiliter annuentes, saepe dicta statuta confirmamus et approbamus in his scriptis; insuper universis Christi fidelibus ad quos praesens scriptum pervenerit salutem in omni salutatione cupientes et divina officia tam die solemnitatis illius fraternitatis quam etiam die sepulturae eadem fraternitas congruis

honoribus a Christi fidelibus frequentetur, omnibus et sin=
gulis qui ad ecclesiam cum missarum solemnia die sta=
tuto per fraternitatem hujus diei celebrabunt, aut die
sepulturae illius confraternitatis ad Divina causa devo=
tionis accesserint et manus porrexerint adjicientes de
Omnipotentis Dei misericordia et SS. Apostolorum Petri
et Pauli confirmatione indulgentias quadraginta dies
de injunctis poenitentiis et infessis fratribus in Domi=
no misericorditer relaxamus et ut saluti ipsorum fra=
trum salubrius operetur in articulo necessitatis ipsis
fratribus et cuilibet ipsorum damus et concedimus
licentiam idoneum ex ipsis fratribus confessorem eli=
gendi qui eos a peccatis confitendis absolvat, etiam ar=
ticulis pro Nobis reservatis et eidem confessario quem
ad hoc duxerint eligendum seu eligendos plenam in Domi=
no facultatem tenore praesentium concedimus. In cujus
rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duxi=
mus appendendum. Actum et datum Cracoviae duodecima
die mensis Maji Anno Domini 1378. =

Et nos Joannes divina et apostolicae sedis provi=
dentia episcopus Bandinensis nec non suffraganeus
reverendissimi in Christo patris domini Floriani epis=
copi cracoviensis supradicti ad praemissa omnia et sin=
gula in litera praesenti contenta de consensu et volun=
tate ipsius domini episcopi de omnipotentis Dei mise=
ricordia et BB. Petri et Pauli apostolorum authorita=
te confisi, quadraginta dies indulgentias in Domino con=
cedimus praesentibus et relaxamus. In cujus rei testi=

monium sigillum nostrum praesentibus duximus
appendendas. Actum et datum Cracoviae, die duodecima
mensis Maji Anno Domini 1378. =

Et Nos Zavissius eadem gratia episcopus craco-
viensis tanquam loci ordinarius praemissa rata et
grata habentes per praedecessorem nostrum et suum
suffraganeum facta, nostros etiam quadraginta dies
indulgentias omnibus vere poenitentibus et confessis
in Domino concedimus praesentibus et relaxamus;
hanc seriem litterarum ob omnium fidem meliorem
sigillo nostro subappenso. Actum et datum Cracoviae
decima die mensis Maji Anno Domini 1381. =

Et nos Joannes eadem gratia episcopus cracovien-
sis veluti loci ordinarius singula et omnia in praesenti
facta litera contenta rata et grata habentes per praede-
cessores nostros facta, nostros etiam quadraginta dies
indulgentias omnibus vere poenitentibus et confessis
in Domino concedimus praesentibus et relaxamus ha-
rum seriei literarum testimonio evidentiori nostrum
sigillum praesens est appensum. Datum Cracoviae pen-
ultima die mensis Septembris Anno Domini 1382. =

Et nos Venceslaus divina et apostolicae sedis
providentia episcopus Saraptensis nec non suffra-
ganeus reverendissimi in Christo patris domini Joannis
episcopi cracoviensis supradicti et praemissa omnia
et singula in litera praesenti contenta de consensu
et voluntate ipsius domini episcopi cracoviensis ac om-
nipotentis Dei misericordia et BB. Petri et Pauli apos-

tolorum authoritate confisi quadraginta dies indulgentias in Domino concedimus praesentibus et relaxamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus appendendum. Actum et datum in Piotrovin Anno Domini 1382 die quarta mensis Junii. =

Et Nos etiam Zbigneus divina et apostolicae sedis gratia episcopus cracoviensis praesentis fraternitatis et indulgentiarum reverendissimorum fratrum nostrorum felicis recordationis episcoporum cracoviensium praedecessorum nostrorum literas et aliorum episcoporum in omnibus eorum punctis, articulis, clausulis et conditionibus ratas et gratas habentes praesenti scripto ac pro certo approbantes, vere poenitentes contritis et confessis confirmantes, Nos praedictis fratribus nostris de misericordia Dei omnipotentis et BB. Petri et Pauli apostolorum ejus authoritate confisi quadraginta dies indulgentias impertimus et de injunctis ipsis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus. (A. 1428) Summa: Ducenti quadraginta dies.

Statuta Fraternitatis sacerdotum terrae Osviecimensis anno 1378 condita, atque per Florianum Mokrski episcopum Cracoviensem approbata Cracoviae A. 1378 d. 12 m. Maii.

Plebani ac rectores ecclesiarum in terra Osviecimensi convenientes in unum Fraternitatem inter se constitui cupientes, sequentia statuta ediderunt:

1) Eligunt Fraternitati duos patronos scilicet Spiritum Sanctum et Matrem misericordiae Mariam semper Virginem gloriosam, in quorum honorem quater in anno haec Fraternitas ab ipsis celebretur.

2) Omnes data verbotenus ac manuali promissione facta ipsorum confirmatione juraverunt obedire Provisoribus Fraternitatis in omnibus licitis et honestis secundum formam Statutorum salvo tamen jure praelatorum, ut ex hoc magis ac magis ad obedientiam honestati et pietati sint astricti et ut mores eorum atque actus in melius reformentur.

3) Duos ex fratribus eligunt, qui per anni unius spatium sint rectores, custodes, provisores praedictae Fraternitatis, quibus alii fratres in omnibus licitis et honestis, quae ad Dei Omnipotentis et Omnium Sanctorum honorem et salutem eorum spectare demonstrantur sine omni contradictione obedire teneantur. Isti duo cum summa diligentia dictent et ordinent et conscribant, quotiescunque iis videbitur, quod ad utilitatem fratrum et ad honorem sacerdotum sit proficuum et honestum; quid autem scripserint sive statuerint, coram fratribus recitent, et si placuerit omnibus seu parti maiori sive seniori, ponant et sub iuramento priori observetur, et sic succedente tempore in omni devotione suscipiet Fraternitas incrementum.

4) Praedicti duo provisores ad celebrandam eandem Fraternitatem de loco congruo provideant, ac fratres per litteras suis sigillis

convocent, quos etiam sub poena Statuti convocare possunt ac debent cum ingruerit necessitas conveniendi vel quoties videbitur opportunum.

5) Duo provisores tollant quae tollenda sunt et haec iuxta suas conscientias et sub fide bona fratribus disponant pronti- litateque, honestate Fraternitatis, ita tamen ut anno eorum regiminis expleto, coram fratribus compareant, de omnibus sibi commissis rationem reddant; tunc de omnium fratrum consilio iidem eligantur ad officium honeste ac fideliter peragendum.

6) Nullus ad Fraternitatem recipi debet, nisi sit plebanus bonae famae et conversationis; laiis omnibus plene exclusis, nisi forsan de communi consilio fratrum ad participationem omnem aliqui fide digni et honesti recipiantur: quibus tamen sic receptis eorum consiliis seu mensae non liceat interesse, nisi per fratres specialiter ad hoc vocarentur.

7) Si littera provisoris apud aliquem fratrem manserit et hoc fratres neglecti fuerint et non venerint, pro quolibet fratre non veniente solvet dimidium grossum.

8) Quilibet praemunitus sit superpelliceo, stola; nec chorum cum calcaribus et sine superpelliceo intrare quisquam praesumat: honore invicem supervenientes specialiter in ecclesia et in mensa... ita ut seniores habeant locum primum, mediocres medium et minores ultimum.

9) Dum ad Fraternitatem vadunt, mane veniant et in prima missa omnes existant, et quia quorundam tarditas communitatem saepius impedire consuevit, statuimus, ut qui ante Evangelium primae missae ad Fraternitatem non venerit, solvat medium pondus vel qualiter inter se poenam condictaverint; Qui vero ante Evangelium secundae missae non venerit, solvet unum pondus; cum autem ante Evangelium tertiae missae non venerit, solvet alterum dimidium pondus: nisi tamen habeat rationabilem causam ipsum excusantem.

10) Infra missas cereos ardentes in manibus habeant.

11) Tres missae cantando dicantur, videlicet: de Domina nostra, pro defunctis et de Spiritu Sancto. Item infra has missas aliae legentur secundum ordinationem provisorum. Item post missam primam fiet processio, quam missa sequatur pro defunctis; post hoc exhortatio fiat ad populum brevis et utilis et missa summa sequetur. Expletis omnibus missis, aliis omnibus exclusis, fratres inter se de suis negotiis pertractent, nec prius ad mensam properent, donec omnia ipsa negotia, quae tractanda sint vel fuerint sobrio vultu terminentur.

12) In mensa fratrum nulla sit alia persona, nisi fratres tantum sint, et si aliquis fratrum fuerit domesticus, solvat poenam. Item histriones, vagi sectatores, joculatores ad Fraternitatem non suscipiantur.

13) Item illa die nullus fratrum ad tabernam intret, ne scandala generentur, sed unus quisque studeat ad propria omni cum honore remeare.

14) Quicumque fratrum per ludum cassorum (tesserarum?) vel globificationem aut in alea quidquid acquisiverit, quantum lucratus fuerit seu perdiderit, tantum fratribus solvat: cum in ludis talibus seu talibus abusionibus integritas desit charitatis; avaritiae absit sitis; dehonestatio seu clericalis honoris offensio, reatus, scandalumque plurimorum ex hoc oriatur proximorum.

15) Statuimus quod nullus fratrum ad choreas vadat, neque chorisare praesumat; quod si factum fuerit, poenam solvat: quia in talibus, testante Bernardo, sit derisio Crucifixi et illusio Passionis ejus.

16) Si aliquis ex fratribus infamis fieret de aliquo vitio criminali,

provisores ad se occulto vocent et benigne ai fraterne
admoneant, ut excessus suos corrigat et emendet, et si
se correxerit, bene quidem, sin autem, ipsum coram om=
nibus fratribus accusent et super hoc publice arguant.
Et si se ipsum et ipsorum omnium correptionem et admo=
nitionem emendare noluerit et incorrigibilis perseve=
raverit, et si crimen eius notorium fuerit, a consortio
fratrum extunc coërceatur, et ab ipsis tamquam alienus
quousque vitam suam (non) emendaverit, reputetur; cum
fraternitas non debeat esse iniquitatis commentum vel
scutum, sed potius charitatis merentium et aggregatio
virtutum.

17) Si aliquis fratrum infirmat et extremam horam imminere
senserit, coram duobus fratribus et aliis viris idoneis testamen=
tum faciat et de omnibus bonis suis mobilibus disponat et sub
testimonio ipsorum scribi faciat et statuat executores tes=
tamenti... Ipso vero mortuo, duo ex fratribus... ad complendum
testamentum et ad confirmandum fratres ad peragendum exe=
quias, et ad usum (?) futuri plebani seu rectoris integraliter
conservent et conscribant.

18) Audita morte fratris, duo viciniores fratres veniant sub
poena statuti, qui Vigilias de vespere circa funus defuncti
psalterium legant si fieri poterit mittere nuntios ad portan=
dum dirigant et convocent.

19) Item audita morte fratris, in singulis fratrum ecclesiis
campanae ter pulsent et Vigilias dicantur. Mane autem fac=
to omnes fratres cum superpelliceis et stolis ad exequias fra=
tris veniant et singuli singulas missas pro defuncto legant,
tres tamen missae cantando dicant.

20) Statuimus quatenus unus quisque fratrum per Octavas Vigi=
lias dicat et in triginta missis defuncti fratris memoriam facere
sit adstrictus; pro confratre vero et sorore, quia vero participatio=
nes orationum a fratribus sunt receptae, octo missas cum tribus

Vigiliis quilibet frater persolvere teneatur.
21) Item tum (con) frater et soror pro fratre mortuo centum Pater noster et totidem Ave Maria complere teneatur, et per Octavam triginta Pater noster et totidem Ave Maria explere sit adstrictus... ita usque ad anniversarium fratris defuncti memoria eius singulis diebus dominicis a fratribus habeatur et anniversarium eius cum Vigiliis et missa pro defunctis peragatur.
22) Item statuimus ut viciniores fratres sub virtute praestiti iuramenti teneantur vicinos suos, in quantum fecerint Statuta fratrum excessisse, Senioribus charitative denuntiare; quodsi non fecerint, periuri comprobentur.

Florianus (Mokrski) episcopus Cracoviensis (Cracoviae d. 12 m. Maii 1378 Statuta haec confirmando ad preces discreti viri Petri rectoris mediae partis ecclesiae de Oswiecim, canonici Plocensis de consilio et petitione suorum Collegarum videlicet confratrum rectorum ecclesiarum in Oswiecimensi districtu, videlicet Michaelis rectoris alterius partis in Oswiecim, Pauli de Grodziec, Bartholdi de Kenty, Mathiae de Dwiekozy, Nicolai de Lipnik, Petri de villa Bartholdi, Mathiae de villa Scriptoris (Pisarzowice), Nicolai de Osiek, Michaelis de antiqua Willamowice, Nicolai de Jawiszowice, Michaelis de Zathor, Nicolai de Spytkowice, Johannis de Fluczan, Bartholdi de Markowa Poremba, Clementis de Wieprz, Mathiae de Klecza, Johannis de Barwald, Stanislai de Gieraltowice, Fridlini de Polonka, Nicolai de villa Hartmani, Alberti de Muchar̃z et aliorum in terra Oswiecimensi existentium, qui in Regestro eorum continebantur – omnibus Christi fidelibus, qui ad ecclesiam cum missarum solemnia die statuto per fraternitatem celebrabuntur, aut die sepulturae illius Confraternitatis ad divina causa devotionis accesserint et manus adiutrices porrexerint, confert indulgentias et

quadraginta dies de-iniunctis poenitentiis confessis confratribus in Domino misericorditer relaxat, atque ipsis fratribus concedit licentiam idoneum ex ipsis fratribus confessorem eligendi, qui eos a peccatis confitendis absolvat etiam in articulis pro nobis reservatis.

Joannes episcopus Bandinensis nec non Suffraganeus Floriani episcopi Cracoviensis supradicti, ad praemissa quadraginta dies indulgentiarum concedit et relaxat. Cracoviae d. 12 m. Maii 1378.

Zavissius (de Kurozwanki) episcopus Cracoviensis, praemissa rata habens, etiam quadraginta dies indulgentiarum concedit et relaxat. Cracoviae, die 10 m. Maii 1381.

Joannes (de Radlica) episcopus Cracoviensis, praemissas litteras rata et grata habens, etiam quadraginta dies indulgentiarum concedit et relaxat. Cracoviae, penultima mensis Septembris 1382.

Venceslaus episcopus Sareptensis nec non Suffraganeus Joannis episcopi Cracoviensis, etiam quadraginta dies indulgentiarum concedit et relaxat. In Piotrawin die 4 mensis Junii 1382.

Zbigneus (de Olesnica) episcopus Cracoviensis, confirmando litteras Fraternitatis et indulgentiarum in omnibus earum punctis, quadraginta dies indulgentiarum, impertit. Summarium Dicenti quadreginta dies. Datum 1428.

Kopię tych Statutów z oryginału pergamino=
wego przepisaną, pożyczył odemnie w Kwiet=
niu 1893 x. Zygmunt Dunin-Kozicki archiwista
Konsystorza Krakow. i pomimo kilkakrotnych
upomnień dotąd nie zwrócił. (1894)
Zwrócił d. 25 Listopada 1894.

Extractus

ex privilegio Joannis ducis oswiecimensis continenti confirmationem venditionis villae Swinna-Poremba.

Oswiecimi, a. 1379.

In nomine Domini. Amen. Nos Joannes Dei gratia dux oswie=cimensis et scholasticus cracoviensis significamus .... quod nobilis Wierzbiata haeres de Maleszow...... vendidit.... villam suam.... Swinnia Poremba nobili Petrasio militi de Klecza et suis haeredibus pro decem marcis grossorum pragensium monetae polonicalis pagamenti prout in suis metis limitibusque graniciis hujus villae vulga=riter nuncupatis videlicet Czyrmna Czysoropień ex una et Bystrzec ad montes usque ad Laskowskie ex al=tera extat praefata villa limitata cum omnibus suis utilitatibus pascuis agris pratis etc excepto solummo=do caminos contigeret nostras firmare munitiones vel homines nostros per inimicos quod absit debellari aut munitionem perdere aliquarum tum secundum

quod aliae villae solvere nobis et dare tenebuntur servitio secundum terrae nostrae consvetudinem ipse et sui successores nobis et nostris haeredibus exhibebit; suplicaverintque nobis praedicti Wierzbiata et Petricossius de Klecza ut talem venditionem et resignationem admitteremus.... quam confirmamus... Actum et datum in Oświęcim Anno Domini 1379 praesentibus ibidem nobilibus nostris Nieżkowic dicto Cztoczko, Gotardo judice curiae nostrae, Boguslao dicto Rogala, Ottote de Malica, Zegorza Dwiehoyski, Toma de Tomicz et aliis quam plurimis fide dignis.

(Ex transsumpto oblato ad acta castrensia osviecimensia per Petrum Brandys de Grabiszycze notarium terrestrem zatoriensem feria quinta post dominicam quadragesimae inter quatuor tempora A. 1606; in quo dicitur trassumptum esse ex originali in pergameno cum uno sigillo pendente in funiculo sericeo)

Wierzbowski Poczet III.

Albertus abbas monasterii tyniecensis commutatione facta cum Nicolao filio Dickonis rectore ecclesiae in Gora pro advocatia in Tuchow cedit ipsi villam Rudno ad tempora vitae possidendam.

Tyniec, 1381, die 1. Januarii.

Noverint universi tam praesentes quam futuri, quibus necesse fuerit opportunum: Quod nos Albertus divina miseratione abbas, Matthias prior, Andreas praepositus, Boguslaus custos totusque conventus monasterii Tynciensis ordinis sancti Benedicti cracoviensis dioecesis, recognoscimus et publice profitemur: quod cum nobis lite mota per discretum virum dominum Nicolaum Dickonis rectorem ecclesiae de Gora de et super advocatia in Tuchow oppido sic dicto; nos cupientes vitare lites et parcere sumptibus et expensis, per modum amicabilis compositionis taliter cum eodem domino Nicolao inivimus concordiam: Quod praedicto domino Nicolao in recompensam dictae advocatiae in Tuchow damus, concedimus et donamus villam nostram et monasterii nostri Tynciensis praedicti vulgariter dictam Rudno sitam infra limites parochiae ecclesiae

de Jurgow dictae cracoviensis dioecesis cum decima manipulari in eadem villa Rudno et cum omnibus fructibus, censibus, agris, pratis, piscinis, molendinis, aqvis, aqvisque decursibus, silvis, mericis ac universis utilitatibus ad eandem villam Rudno spectantibus et pertinentibus, prout dicta villa Rudno in suis metis, granitiis, limitibus circumferentialiter est distincta et limitata et cum pleno jure et totali dominio ad tempora vitae suae tenendum, habendum, utifruendum et possidendum. Praeterea viginti quinque marcas grossorum pragensium numeri polonicalis quas saepedictus dominus Nicolaus ad redimendam praelibatam villam Rudno dedit et concessit nobis, cui ipse Nicolaus post mortem suam ipsas legaverit et donaverit, idem antedictam villam Rudno eodem jure habebit, tenebit et possidebit tam diu, quousque eidem a nobis praefatae viginti quinque marcae grossorum pragensium fuerint persolutae integraliter et completae. In cujus rei testimonium et fidem firmiorem praesentem litteram sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Data et acta sunt haec in Tyncia, in die Circumcisionis Domini, sub Anno Nativitatis ejusdem MCCCLXXXI; Praesentibus nobilibus viris dominis Michaele de Falkowice, Borzyuogio de Lopatno, Sventoslao de Kamen, Franckone de Rzeskotary, Simkone de Nemerczyce haeredibus,

Pascone dicto Skalka testibus ad ~~haec~~ praemissa vocatis
et aliis viris pluribus fide dignis.

